image
not
available

Tractatus Methodicus

DE

PACTIS.

Autore

Viro Clarißimo & Consultißimo Dn.

VALENTINO GUILHELMO FORSTERO JC.

Et in Academia Wittebergensi olim Professore celeberrimo,

Ab ipso recognitus & auctus, summarijsq; & Indice donatus à

CHRISTIANO Kremberg J. U. D.

Sumtibus CLEMENTIS BERGERI

exscriptus à

JOHANNE GORMANNO.

VVITTEBERGÆ, ANNO 1621.

Magnifico, Amplißimo, Consultißimo & Clarißimo
VIRO
Dn. LUDOVICO-VVILHELMO MOSERO,
Illustriss. & Serenissimo Electori Saxoniæ &c. â Consilijs secretioribus,
Dn. Patrono & Fautori suo plurimum venerando
S.

MOres eorum, Magnifice, Amplißime, Consultißime & clarißime vir, fautor & promotor magne, omnibusq; modis venerande, nunquam mihi probati fue-

runt, qui aliorum ſcripta interdum vel inſcijs autoribus edi procurant, uti accidit VVeſembecij illius tractatui feudali: vel etiam ita mutant, ut ſi autor reviviſcat, opus ſuum ipſe haut noſſe poſſet, quod Proceſſui magni itidem Viri contigit. Hac enim ratione fit, ut non tantum autoribus injuria inferatur, ſed etiam aliena ita pro ſuis venditantes turpiter in furto depræhendantur, quod non exiguum crimen eſt. Timendum itaq; erat, ne ipſe iſtius criminis reus fierem, cujus antea alios reos feceram.

Verum tantum abeſt, ut vel verbum etiam de meo adjecerim, ut etiam juſſu & hortatu Conſultiſsimi & Clariſsimi Dn. Autoris, compatris, fautoris, præceptoris & promotoris mei honorandi piè defuncti illud ſuſceperim. Conſtituerat namq; ipſe Autor hoc facere, & hunc à ſe auctum tractatum in lucem emittere: ſed cum mortem imminere videret,

deret, mihi per filium vocato hoc officij demandare voluit, ut additis summarijs & Indice, ea quæ adjecta erant (siquidem, ut testatur αὐτόγραφον, ad sedem propriam propter alias occupationes omnia referre non poterat) paululum digererem.

Suscepi itaq; cum tanto Viro, Amico & optimè de me merito illud denegare nefas duxerim; utpote â cujus ore alias totus pependeram, & sub ejus auspicijs disputationem inauguralem habueram, quiq; publico & solemni ritu Doctoræ ornamentis sua manu me decoraverat, ut ita ultima primis responderent.

Quod vero Vestræ Magnificentiæ, Amplitudini, & Claritati illam succenturiatam opellam inscribere & vovere volui, ejus rei duplicem saltem rationem dabo. Prima est, ut hic tractatus tanquam utroq; parente orbatus sub V. M. A, & C. tutela manibus doctorum eò tu-

tius versari posset. Constat enim, quosdam, qui contra vivum vix biscere audebant, mortuo etiam insultare non erubescere. Quam tutelam V. M. A. & C. eò lubentius suscepturam confido, quo gratiorem amicitiam inter Eandem & piè defunctum Præceptorem Autorem intercessisse omnes norunt.

Altera est V. M. A. & C. insignis illa benevolentia & favor, quo Ea tum fratrem meum charissimum M. Philippum Krembergk *Pastorem & Superattendentem patriæ dulcissimæ* Gräffenheynichen / *& meam tenuitatem complexa fuit, & hactenus tanta benignitate fovit, cotidieq; fovet, ut ipsa grati animi memoria suo quasi jure à me flagitarit, ut de compensatione aliqua dispicerem. Cum verò de qualitate literatorum constet, nihil aliud in præsentiarum offerre potui, quam hoc munusculum chartaceum, quo tanquam publico testimonio de-*

cla-

clararem, nos non è numero eorum esse, apud quos una cum beneficij memoria gratia etiam merita statim intereat.

Illud unicè V. M. A. & C. quam maxumè rogatam volo, ut hoc recompensationis genius sat tenue benevolè admittere & solito favore, vultuq; sereno suscipere velit. Vale & quidem felicißimè diutißimè, Vir Magnifice, Amplißime, Consultißime & Clarißime, & me meosq; tibi commendatißimos habe. Dabantur VVitteberge 10. Octobr. Anno salutis 1621.

V. M. A. & C.

devote colens

CHRISTIANUS Kremberger
J. U. D.

)(7 IN-

INCLYTO

AUGUSTO

Augustissima SAXONIÆ stirpe, generosaq; indole,

PRINCIPI

CONSPICUO FORMA;

DOMINO SUO CLEMENTISSIMO

Hoc quale quale monumentum in Templum

JUSTICIÆ MNEMOSYNESQ;

ponebat

VALENT. GUILHELM. FORSTERUS.

INGENUE ET
Candide Lector.

MOnendus es mihi de quibusdam ; de quibusdam etiam movendus & orandus. Primò nolim existimes, tenere nos insatiabile scribendi cacoëthes. Nam si laboraremus hoc morbo ; jam diu divulgassemus, quos dicimus modos dissolvendi contrarietates in jure. Jam etiam non opus esset, ut exscriberent libellum nostrum De juris interpretatione. Nec tamen vidisti quicquam de his. Explicavimus etiam hactenus Studiosis nostris, singulas leges ἐν τοῖς πρώτοις, nulla prætermissa, quod sciam ; & in judicijs partem aliquam. Et quidem explicavimus (annon hæc accurata diligentia? cordate lector! & interdum opus est, ut quis non se, sed suum laborem alijs meliore notâ commendet.) unius anni spacio ; paucarumq; septimanarum ; & explicavimus ita quoq;, ut in singulos versus, imò verba, quinq; conferremus ad minimum exemplaria Manuscr. & impressa. Et fecimus hoc in juventute. Quod si fecissent alij, jamdudum omnes officinas instruxissent. Verùm alia nobis mens est ; & nescio, num facilè quisquam nos exorare queat, ut aliquando divulgemus. Hoc tempore damus tibi Reiq; Juridicę tractatum

hunc nostrum de pactis; & dabimus mox notas ad leges in Dig. sub eo tit. positas. Cujus rei graves satis, & urgentes caussas habemus: Quarum aliquas tibi scire licet. Cum enim videam, omnes INCLITO principi nostro AUGUSTO turmatim acclamare; cur non & ego congratulationem meam ipsi testarer? Et testari verò commodius non potui, quàm si Principi nostro, monimentum in Justitiæ Mnemosynesq; templum ponerem. Et hæc est, ut puto, gravis caussa. Deinde; quemadmodum illi, qui avari & amari maris turbulentas tempestates, & præcipites procellas evaserunt, terræ restituti tabellas in fanis suspendunt, & cenotaphium exstruunt: ita, quoniam per medium profundum euntes, opus à multis desperatum adimplevimus, dum præcipuam, omniumq; difficilimam partem Dig. absolvimus, volumus iterùm, ejus in templo Justiciæ & memoriæ, vestigium extare. Tùm impiger & strenuus miles brabêum reportat; cur non liceat mihi coronam parare; dum alij carpunt: quippe, quod in duro, & in ancipiti legum & interpretum conflictu, strenuè (si non est præposterum meum in meâ causâ judicium.) militaverim? Et est etiam hæc materia pactorum intricata, difficilis, impedita; digna, cui facem alluceremus. Et hæ sunt caussæ communes; aliæ graviores manebunt mecum privatim. Est & aliud, de quo te, lector benevole, monitum cupimus, & oratum, ut ne nobis imputes κακοζηλίαν, vel Φιλαυτίαν, vel ἀχάλινον στόμα, vel quippiam tale. Nam sumus ab his omnibus vi-

cijs alienissimi, nec tu quicquam in his, ſicut ſpero, reperies. Opiniones Neotericorum & veterum examinavi, fateor. Sed tamen modeſtè: ſine maledicentiâ, ſine obtrectatione, ſine virulentiâ, ſine calumniâ, ſine livore; & examinavi, veritas ut innoteſceret. Et libenter quidem Doctores meos ſecutus ſum; non tamen ſemper. Neq; cujuſquam nomen mutilavi, laceravi, vel Theonino more roſi. Breviter, in quorundam ulcera, non dentes caninos, nec ungues contorſi, ſed eâ manu medicâ demulſi. Et ſic etiam faciendum fuit neceſſariò. Sic & ipſi fecerunt alijs: volueruntq;, ut ſibi quoq; idem fieret. Nec exiſtimet, qui diſſentit à me, quod ipſi propterea ſuccenſeam. Quin imò volo, ut quisque judicandi libertatem ſibi vendicet; & ut ingenij nervos in utilitatem rei literariæ ſuos intendat: & rogo & obteſtor, ut ſaniores & firmiores rationes, quisquis habet, communicet; vel privatim, vel publicè: modò modeſtè. Nam ſecus; maledicta, quæ faciet, audiet; imò forſan à nobis vix audiet. Sed jam vale & ſalve mi lector candide

à Tuo

VALENTINO GVILIELMO FORSTERO.

DI

DE

VALENTINO

ET VAL. GUILIELMO

FORSTERIS, Patre & Filio.

VV. CC.

O Quî vos dignè celebrem natumq́ꝫ paterq́ꝫ,
Forsteri, aut memorem par utriusq́ꝫ decus?
Est pater in nato, natusq́ꝫ in patre: Themistos
Hic sacræ metam tangit, at ille terit.
Moxq́ꝫ etiam is tanget: quod ritè paciscitur acris
Ingenij ac studij vis animosa viro.
Imò non ego, non alius, cui pectore mens sit,
Sit licet eloquij copia larga super,
Hoc ausit, meritoq́ꝫ velitis dicere digna
Ipse pater nato, natus & ipse patre.

Adamus Theodorus Adami F.
Siberus Orat. p. Witteb.

In Tract. de pactis

VAL. GUILIELMI FOR-
STERI, U. I. D.

ATque huic atq; illi, quo te calor indolis urget,
Alluces aliquam Juris ab igne facem.

Nunc

Nunc & legitimi conventa reciproca PACTI
Illustrare novâ luce Themistos amas.
Præ PACTIS hodie res ecqua frequentior? audi
Pacta domi fieri plurima, pacta foris.
Atq; foris tamen atq; domi fieri ista videre est,
Quæ genero queritur Comicus iste socer:
PACTUM non-pactum est; non-pactum denique pactum est,
Quando luber, quibus est factio magna comes.
Qui potè plus urget: pisces ut sæpe minutos
Salmo comest: & aves enicat accipiter.
Hos mihi si, FORSTERE, potes requiescere fluctus:
Quidnî sit capiti pacta corona tuo?

Frid. Taubmannus Fr.
Poët. Profeß.
Publ.

Ad Clarißimum Virum

VAL. GUILIELMUM
FORSTERUM
U. J. D.

QUi tutas præstant silvas à cæde, propritim
Teutona Försteros *dicere lingua solet.*
Densæ instar silvæ sunt ampla volumina juris,
Romanum latè fusa per imperium.
Inde diurnantes Respublica nostra Columnas
Sumit, ut ædificet civica tecta sibi.

Inde

Inde petit radijs umbracula punctus iniquis,
Excluditq; Noti flabra nociva reus.
Sed tutoris egent; qui salva usq; illa reservet;
Iuraq; distribuat jure cuiq; suo.
Ne qua pie-sanctis injuria legibus obstet:
Aut cæso damnas codice pauper eat.
Quales TE *eximios,* GUILIELME, *tuumq; Satorem*
Iuris Patronos æstimat Eunomia:
Suaviter & vestris requiescere gaudet in ulnis,
Et decora excelsi muneris ampla dare,
Scilicet hæc FORSTERORUM *cognomina; per quæ*
Consultis ANTISTATIS *uterque viris.*

Sophonias Hasenmüllerus
Francus P. L. C.

ALIUD.

HAc tibi plana via est: siquidem juvat ire frequenter
Ad pia Mnemosynes Templa Dicæque domum.
Non jus abducit, sed ducit ad intima: juri
Hujus & illius sponte patent adyta.
Quod si non stadio famæ discesseris; ô Vir
Quantus, & ô quantus Scævola, FORSTER, eris!

Casparus Steubius
Silesius.

ALIUD

ALIUD.

QUid, FORSTERE, tibi doctam debere juventam,
Quam formare doces ordine pacta, putas?
Vera tuis per eam quæratur gloria *pactis*,
Quam tibi nec docti, nec neget ipsa Themis.

Christophorus Cælestinus.

In Symbolum

AUTHORIS,

DISCITE JUSTICIAM.

NOn ut sis albi, vel fulvi mole talenti,
Non ut sis tituli summus honore tui;
Non ut dignoscat quid distent æra lupinis,
Ius curvare bonum, & flectere justa queas:
Non ut sis Tyria ferrugine clarus & ostro,
Curam impendendam legibus esse puta;
Legibus, in mundo immundo quibus omnia munda,
Queis justum factum, quicquid in Imperijs:
Verùm ut Iusticiæ soboles sis, Iusticiamq;
Non ullo possis indupedire modo:
Ad metam hanc, jaculis his, collimare memento:
Et tibi justa dabit præmia justa THEMIS.

Christophorus Ludovicus
Rasca Parthenopolitanus Saxo.

ALI-

ALIUD.

QUI juris tricas, & legum ænigmata ſolvunt;
Annon condignos rebere laude viros?
Præſtat id inſignis FORSTERUS ſtella Themiſtos,
Cui nullo vacuus tempore deſit honos.
Hoc opus eſt teſtis, ſunt & gloſſemata teſtes,
Cernere quæ lucem proxima Luna ſinet.
Extricare Dices nodos, FORSTERE, diurna;
Ætatem, qui ſis, fama loquetur anus.

Jacobus Beccius
Fr.

VALENTINI GUIL: FORSTERI JC.

TRACTATUS DE PACTIS,

CAPUT I.

DE NOTATIONE PACTI.

SUMMARIA.

I. *Nominum rationes num scrutemur?*
II. *ICti verborum originem diligenter investigarunt.*
III. *Nominis consideratio maximas commoditates habet.*
IV. *Pax est pacti species, quae fit super inimicitia & discordia.*
V. *Iuris constituti potius interpretes simus, quàm correctores.*
VI. *Isidori autoritas quae?*
VII. *ICti plerunque secuti sunt Stoicos in nominum derivatione.*
VIII. *Artem dialecticam calluere optimè Stoici.*

IX. *Natura rei fert, ut prius sit causa quàm effectus.*
X. *Pactio & pactum quomodo differant? Explicatur c. seq. q. 1.*

1. QUidam putant esse prælium caprinum, si scrutemur rationes† nominum, & abutuntur ad hoc illo Quintiliani: Utendum esse sermone sicut numo, cui publica forma est. Sed hi forte non perlegerunt totum Quintilianum. Nam is ibidem subjicit, quod nihilominus omnia hæc exigant acre judicium. Et concludit istud caput, se consuetudinem vocare consensum eruditorum, & etymologiam etiam magis rationi tribuit, quam consuetudini, &c. *Quintil. lib. 1. cap. 6.* Dicit etiam occasio, verba non ex opinionibus singulorū, sed ex communi usu accipienda esse. Sed eo nomine reprehenditur à Joan. Pic. Mirand. *in apolog. tom. 1. pag. 149.*

Justinianus certè vult, ut nomina sint convenientia rebus. §. 3. *Inst. de Donat.* Εἰ τὰ πράγματα ὅμοια ἀνάγκη, καὶ τὰ ὀνόματα καταδέχεσθαι ὅμοια. *Isidor. lib. 2. epist. 54. & ibi C. Rittershus.* Et videmus etiam vetustissimum

2. quemq; JCtum verborum originem † diligenter investigasse! Unde & Ulpianus ὀνοματοθήρας sapientibus dictus fuit, quod nomina fingeret. *Scip. Gentil. lib. sing. orig. & lib. 1. Parerg. c. 3. Videatur Melch. Haimensfeld. ad Isidor.*

dor.pag.120. Videamus igitur de Notatione pacti,cum juxta Sturmium nominis †consideratio maximas sæpè in differendo cōmoditates habeat. *De quibus Sturm.lib.1.partit.19. Donell.ad Rubr.de cond.tritic.n.2. & libr.13. Cōm. c.6.&..c.Gentil.in lib sing.Prig.in pr.* 3.

At vide quæso, ab initio,quid non hic etiam pro more suo comminiscatur Dd. quod pectus alicui scindere possit. † *Gl.in l.1.de pactis,& in l.1.de censib.* deducit pactum à palmarum percussione. † Risum teneatis amici. Quænam a. Analogia nominis in pacto , & palmarum percussione ? nisi &paleam,&paginam,&patrem & alia similia velis à palmarum percussione dici. Res ipsa notationem prorsus evertit. Nam Labeo ait: convenire posse vel re, vel per epistolā, vel per nunciū, inter absentes quoq; posse:sed etiā tacitè cōsensu cōvenire intelligitur,*l.2.de pact.* At quādo per epistolā cōvenitur aut inter absentes, aut tacitè;quænam ibi palmarum percussio ? 1. Opinio. Refutatur.

† Alij putāt à pace,quasi pacis actū pactum denominari.*Bald.n.4.ad l.1.h.t.* Et Isidorus dictū pactū , inquit, quasi ex pace factū, quod extat in libris Etymologiarū, & canonizatur in *c. pactum* 11.*de Verb. Sign. August.l.1.de doctr. Christ.24.* † Sed etiā malè.Etsi namq;pax pactionib.conficitur. *l. in bello.12.in pr. de captiv. & postl. reverſ.* quis tamen propterea pactum ad solam pacem adstringet?Licet pacisci non 2. Opinio. Refutatur.

ſolum de pace, ſed de alijs quoque rebus corporalibus & incorporalibus. *l.* 3. *de uſuſr. l.* 3. *de ſervit. l.* 45. *l.* 46. *de pact. l.* 16. C. *eod.* &c. Deinde pax magis † eſt pacti ſpecies, quæ fit ſuper inimicitiâ & diſcordià, ut loquitur Caccialupus *in tr. de pact. quæſt.* 2. *n.* 1. Petr. Calæfat. *in l. jurïgentium n.* 10. *de pact.*

3. Opinio vera. †Pactum autem â pactione dici, ſplendidiſſimæ Tyriorum coloniæ decus Ulpianus infit *in l.* 1. §. 1 *h t.* Hottomannus † quidem in eo loco pacionem legendum putat, cum veteres pacionem dixerint, quam nunc pactionem ab antiquo verbo paco, pacis, *Hottom. in diſp. de pact. n.* 1. † Verum-enim-vero convenit, ut conſtituti juris potiꝰ † interpretes ſimus, quàm conſtitutores vel correctores. Idque tum omninò, ſi non ſumma ratio ſive neceſſitas urgeat. *Donell. in l.* 34. *circa fin. de V.* O. *Delrio in l. transigere. n.* 29. C. *de transact.* Quænam autem neceſſitas Hottomannum impulit, ut textum hujus loci corrigeret? Ulpianus eſt autor notationis. At ipſius tempore verbum paciſci fuit in uſu. *l.* 4. *de pact. l.* 1. *de tranſact.* Deinde à dico non dicimus dicio, ſed dictio. Quid prohibet igitur, quo minus â paco pactio dicamus per Analogiam? Retineamus igitur notationem Ulpiani, prout in omnibus libris etiam MStis conſtanter legitur.

Hottomannus corrigit textum.

Refutatur.

5.

Objectio. † At movere debebat nos autoritas vel Iſido-

Isidori, vel certè Festi. † Gravis scilicet autor uterque & dignus, cujus causa Ulpianus noster deseratur. Corasius *ad Rubr. de constit. Princip.* dicit, autoritatem Isidori nos valde movere non debere; utpote quem in disquisitione propriæ significationis verborum Latini posteriores suspectum semper habuerint. Et alibi quoque; liber Festi nonnunquam mendosus est. Sed de his tractare pertinet ad aliam rem. *Responsio.*

† At vero inquiat aliquis: Natura derivationis non fert, ut à pactione pactum derivetur. Nam majus debet deduci à minore. Potius est igitur ut genitivo PACTI addita O, fiat pactio. *Objectio.*

†Resp. Pactum deducitur à pactione, non quoad literam; id est, grammatica notatione, sed intellectualiter, id est, notatione Logicâ. JCti namque plerunque † secuti sunt Stoicos, & ab ijs ferè sunt imbuti. *Cujac. libr. 11. Obs. c. 37. & libr. 26. Obs. c. 40. Alber. Gentil. de abusu mendac. c. 6. in fin.* Stoici verò prudentissimi in dicendo erant, & id arte faciebant, ut architecti pœnè verborum essent. *Valentinus Forsterus pater meus honorandus libr. 3. histor. Rom. c. 27.* studiose exquirendo, unde verba essent ducta. *Cicero. lib. 1. Offic. Paul. Montan. de tutel. c. 8. n. 26. Heig. ad §. cum autem. Inst. de tutel. & ad pr. Inst. de testam. ordinand.* Struebant autem verba ex fontibus Dialecticis. Optimè *Responsio.* 7.

namque callebant artem Dialecticam Stoici: Unde & putant aliqui, quod per Dialecticos, Africanus Stoicos intellexerit *in l. 88. ad L. Falcid. Cujac. & Gothfr. ibid. Cujac. in l. 1. de just. & jur & l. 177. de V. S. Adde Chiflet. lib. 1. de jure fideicomm. c. 1. Coras. in l. 2. de legib.*

Porro Dialectica notatio non affectiones, accidentia, & proprietates notat, sed causam inquirit & rationem, cur hujusmodi nomina rebus sint imposita. Natura vero rei fert,

9. ut prius † sit causa, quàm effectus. *Claudius Cantiunc. in loco ab effectis.* Licet autem pactio in usu juris à pacto nihil differat, *de quo capite sequenti*: hoc tamen inter hæc discrimen subtiliter agnoscere licet, quod pactio causæ

10. vim † obtineat, & actum paciscendi, prout est in fieri, demonstrat: pactum verò significat effectum, quatenus actus jam est in esse consummatus. Verbalia n. in JO propriè actum ipsum verbi, unde derivantur, significant. *Donell. libr. 6. Comment. cap. 2. & libr. 19. Comment. cap. 1. & præsertim ad l. 1. de reb. cred. n. 9. Caccialup. in tr. de pact. quæst. 2. n. 1. Petr. Calefat. in d. l. 7. de pact. n. 10. & 11. Adde omninò Ioh. Robert. libr. 2. sent. cap. 19. Scipion. Gentil. dict. lib. sing. Orig. pag. 358.*

† Objectio. † Dices: Ulpianum Aristotelicum fuisse, & subtiles Logicorum leges in distributionibus exactè non observasse. † Respondebo: *† Responsio.* In notationibus à more Stoicorum nihil recessis-

cessisse: Imo sine modo ingenium in notationibus indagandis exercuisse, ut & ὀνοματοθήρου nomen, sicut in pr. diximus, meruerit. Adeò quidem, ut Ulpianus non raro tres, nonnunquam etiam quatuor unius vocabuli etymologias uno loco attulerit. *Scip. Gentil. d. lib. sing. Orig. p. 260. Videatur omnino Paul. Montan. in tr. de tutel. c. 8. n. 26.* † Constabit igitur pactum à pactione rectè dici. † **Conclusio**

CAPUT II.

DE

SYNONYMIS PACTI.

SUMMARIA.

I. *Pacti synonyma.*
II. *Pactum & Pactio conveniunt definitione.*
III. *Specie differre dicuntur, quæ habent diversas definitiones.*
IV. *Ratio non raro cedit usui.*
V. *Notationem definitio rei sequi solet.*
VI. *Causa suum effectum antecedit.*
VII. *Verbalia in IO interdum non tam factum, quàm jus referunt.*
IIX. *Contractus sunt pacta.*
IX. *De quibus pactis agatur in t. de Pactis?*
X. *Pactum Prætoribus & ICtis nomen speciei.*
XI. *Depectus dicitur, qui turpiter pactus est.*
XII. *Præpositio DE quādoq; in malā partē accipitur.*

XIII. *Pactum & Conventio conveniunt definitione.*

XIV. *In usu Iuris confunduntur.*

XV. *Transactio quatenus conventio ?*

XVI. *Pactum & pactum nudum differunt.*

XVII. *Contractus dissolvitur pactis*: E.

XIIX. *Explicatur l.*20. C. *de Pactis.*

XIX. *Obligationum substantia in quo consistit ?*

XX. *Pactum, conventum synonyma.*

XXI. *Pactum unde dicatur?*

XXII. *Pactum justum quid?*

XXIII. *Lex & conditio pro pacto sæpe sumuntur.*

XXIV. *Conventio quare privatorum Lex dicatur.*

XXV. *Pactum & Pollicitatio idem non sunt.*

XXVI. *Promissio tacenti sed tamen præsenti in vim pollicitationis valet.*

XXVII. *Inter stipulationem & aliam promissionem hodie vix distinguitur.*

XXVIII. *Placito pactum denotatur.*

XXIX. *Exceptionis vocabulo pacta nonnunquam denotantur.*

XXX. *Dictum & promissum separantur.*

XXXI. *Differentia inter Pactum & transactionem.*

XXXII. *Explicatur l.*1. D. *de transact.*

XXXIII. *Pactum differt â contractu tanquam genus â specie.*

XXXIV. *Pacti appellatione an veniat statutum ?*

XXXV. *Argumentum à pacto ad statutum procedit affirmativè, non vero negativè.*

Idem

IDEM sæpissimè plura significant? Sed tamen alijs alia sunt nitidiora, jucundiora *Quintil. lib. 8. c. 3. & lib. 10. c. 1.* Sic pacto multa sunt † Synonyma, ut pactio, conventum, conventio. Addunt alij pactum nudum, pactum conventum, pactum & conventum, pactum justum: item depectionem, condicionem, legem: item pollicitationem, promissionem; placitum, exceptionem, epistolam, dictum. Sed nec de eo constat, quid à pacto differat transactio, vel quid contractus? Et hæc materiam pactorum intricatam reddunt. Non erit igitur λεπτολογία, si de his omnibus sigillatim subsequentibus quæstionibus ordine dicamus. Non enim solum docendum est, sed propter controversias quoque evincendum. 1.

QUÆSTIO I.

Utrum pactio & pactum sint idem?

† Affirmat Donellus *ad Rubr. C. d. pact. n. 6. n. 10. & 11.* Angel. Mattheac. *lib. 1. de via jur. c. 6.* Gonnan *libr. 5. Comm. c. 5. n. 8. & 19.* Cujac. *ad l. 1. de pact. & libr. 2. Obs. c. 15.* Robert. *libr. 2. sent. c. 19.* Sed & Panormitanus inquit, pactum esse nomen generale, comprehendens omnem † 1. Opinio.

XIII. *Pactum & Conventio conveniunt definitione.*

XIV. *In usu Iuris confunduntur.*

XV. *Transactio quatenus conventio?*

XVI. *Pactum & pactum nudum differunt.*

XVII. *Contractus dissolvitur pactis:* E.

XIIX. *Explicatur l. 20. C. de Pactis.*

XIX. *Obligationum substantia in quo consistit?*

XX. *Pactum, conventum synonyma.*

XXI. *Pactum unde dicatur?*

XXII. *Pactum justum quid?*

XXIII. *Lex & conditio pro pacto sæpe sumuntur.*

XXIV. *Conventio quare privatorum Lex dicatur.*

XXV. *Pactum & Pollicitatio idem non sunt.*

XXVI. *Promissio tacenti sed tamen præsenti in vim pollicitationis valet.*

XXVII. *Inter stipulationem & aliam promissionem hodie vix distinguitur.*

XXVIII. *Placito pactum denotatur.*

XXIX. *Exceptionis vocabulo pacta nonnunquam denotantur.*

XXX. *Dictum & promissum separantur.*

XXXI. *Differentia inter Pactum & transactionem.*

XXXII. *Explicatur l. 1. D. de transact.*

XXXIII. *Pactum differt à contractu tanquam genus à specie.*

XXXIV. *Pacti appellatione an veniat statutum?*

XXXV. *Argumentum à pacto ad statutum procedit affirmativè, non verò negativè.*

Idem

IDEM sæpissimè plura significant? Sed tamen alijs alia sunt nitidiora, jucundiora *Quintil.lib.8.c.3.* *& lib 10.c.* 1. Sic pacto multa sunt † 1.
Synonyma, ut pactio, conventum, conventio. Addunt alij pactum nudum, pactum conventum, pactum & conventum, pactum justum: item depectionem, condicionem, legem: item pollicitationem, promissionem; placitum, exceptionem, epistolam, dictum. Sed nec de eo constat, quid à pacto differat transactio, vel quid contractus? Et hæc materiam pactorum intricatam reddunt. Non erit igitur λεπτολογία, si de his omnibus sigillatim subsequentibus quæstionibus ordine dicamus. Non enim solum docendum est, sed propter controversias quoque evincendum.

QUÆSTIO I.

Utrum pactio & pactum sint idem?

† Affirmat Donellus *ad Rubr. C. d. pact. n. 6. n. 10. & 11.* Angel. Mattheac. *lib.1. de via jur. c. 6.* Connan *libr. 5. Comm. c. 5. n. 8. & 19.* Cujac. *ad l.1. de pact. & libr. 2. Obs. c. 15.* Robert. *libr. 2. sent. c. 19.* Sed & Panormitanus inquit, pactum esse nomen generale, comprehendens omnem † 1. Opinio.

conventionem *in c. 1. de pact. n. 4.* † Contra verò sentit & negat hoc Fr. Duarenus *ad l. 1. de pact. & libr. 2. disput. c. 8.* existimans, pactionis nomen latius patere, quam pacti.

† Authoris sententia. † Expensis & perpensis diligenter omnibus utriusq; partis allegationibus & fundamentis, Donelli reliquorumq; consentientium sententiam veriorem esse judico.

† I *Ratio.* 1. † *Ratio.* Quæ definitione conveniunt, reipsa

2. conveniunt. Jam vero pactum & pactio † conveniunt definitione, quod probatur per l. 1 §. 2. *de pact.* juncta l. 3. *in pr. de pollicitat.* quarum utraq; est JCti Ulpiani. Ergo reipsa con-

† *Inst:* veniunt. † Scio, quod Calæfatus dicat, l. 3. *de pollicitat.* saltem ad hoc tendere, ut differentiam demonstret inter pactum & pollicita-

† *Resp:* tionem. † Sed ipsum cecidisse scio, casuque quidem magno. An non enim differentia rerum optime cognoscitur, si differentes habeant definitiones? Specie enim differre di-

3. cuntur, quæ habent † diversas definitiones, *Bartol. Iason & alij Dd. comm. in l. 1. C. de jure Emphyteut. Gail. de Arest. Imper. c. 4. n. 5. Rauchbar. q. 20. Mynsing. cent. 6. Obs. c. 71.*

Sed videamus rationes etiam alias. Ex

† 2. *Ratio.* his II. est: † Quoniam pactio & pactum in usu juris, & aliorum scriptorum confunduntur, ut probat l. 7. §. 4. *ibi, igitur nuda pactio. h. t.* juncta l. solent. 15. *de præscript.*

verb:

verb. ibi: ut quis dicat ex pacto actionem non oriri. quarum iterum utraque est Ulpiani. Facit eodem *l. 10. C. de pact.* quæ est Alexandri, sub quo vixit Ulpianus. At vero ratio † non raro cedit usui, sicut habet Cicero in Oratore. III. † *Ratio*: Quoniam absurdum esset definitionem pacti in h. t. *de pact.* omitti. IV. † *Ratio.* Quoniam ex arte notationem definitio rei † subsequitur. At *in l. 1. de pact.* notatio pacti præponitur. Convenienter igitur definitio pacti sub nomine pactionis fuit subjecta. 4. †3. *Ratio.* †4. *Ratio.* 5.

† V. *Ratio*: propter Analogiam. Quod enim differt promissum à promissione, stipulatus à stipulatione, emptum ab emptione; hoc necesse est pactum à pactione differre. Est enim in omnibus eadem analogia, derivatio & inflexio a suo themate eadem. At illa nihil à se differunt. De promisso & promissione probatur in l. 19. §. 1. *de ædil. edict.* juncta l. 3. *de pollicitat.* Sic &, quæ actio ex stipulatu dicitur uno in loco, alio in loco dicitur actio ex stipulatione. *lib. 51. l. 83. § 3. de Verbor. Oblig. lib. 77. §. 9. de legat. 2. lib.* cum de in rem 9. *de usur.* Sic actio, quæ ex emptione competit, dicitur actio empti. *l. 11. & tot.* †5. *Ratio.*

tit.

tit. de act. emt. l. 14. C. de pact. & ibi Donell. n. 18. Gœdd. de contrah. Stipul. c. 11. n. 2. Ergo & pactum à pactione nihil differt.

† *Objectio.* Attamen objicit Duarenus: † Quod pactum dicatur à pactione ut *ex l. 1. §. 1.* docuimus capite præcedenti. Semper autem & naturaliter aliud est id, quod denominatur ab eo, à quo denominatur. † Resp. Diffiteri † *Responsio* non equidem possumus, si quis nimirum subtilibus oculis hæc intueri velit, quin aliqua sit inter pactum & pactionem differentia; Sicut & nos ipsi supra docuimus in capite præcedenti; nimirum, quod pactio magis causam denotet, quando nimirum adhuc est in fieri: pactum magis rem effectam, & quando jam est in esse.

6. Hoc etiam concedere necessum habemus, quod causa † suum effectum antecedat. Verum istam subtilem distinctionem JCti non attenderunt: sed promiscuè pacti pactionisq; nomine sunt usi, sicut supra satis probavimus. Idq; Ciceronis autoritate comprobari potest ulterius, indifferenter hæc usurpantis, *in lib. 2. de Invent.*

7. Nec infrequens est in jure nostro, ut verbalia † in JO, non tam factum, quàm jus ipsum nobis ob oculos ponant: seu, ut Roberti verbis utar, verbalia istiusmodi nomina, tametsi ipsum negotij gestionem ut plurimum significent, non ideo minus pro eo,

quod

quod ex negotio gesto resultat, sumi solent. *d.lib.2.sent.c.19.* Sic enim obligatio est juris vinculum. *pr. Inst. de Obligat.* Sic actio est jus persequendi in judicio, quod sibi debetur. Sic etiam sequestratio & sequestrum pro eodem accipiuntur; licet sequestratio sit magis facti, sequestrum vero magis juris, Gœdd. *ad rubr. de sequestr. n.3.* Clud. *c.1. de sequest. n. 22. &c.* Quis etiam depositionem à deposito differre dixerit? Joh. Robert. *d.lib.2.sent.c.19.*

II. † *Fundamentum Duareni tale est:* Contractus re verâ nec sunt pacta, nec ullibi dicuntur pacta. Atqui, si pacta & pactiones idem essent, contractus hoc modo fierent pacta; cum sint dicanturque pactiones; pacta verò ubique contractibus opponantur. † Resp. 1. Etiam pactiones contractibus opponuntur *in l. 3. de usufr. §. fin. Inst. de servit. urb. & rustic. prædior. § 1. Inst. de usufr. l. 7. §. 12. h. t.* Sed est hæc oppositio generis & speciei, vel certè pactionis pactique specialius acceptorum. 2. Licet contractus † non sint pacta nuda; sunt tamen pacta. Donel. *ad rubr. C. de pact. à n. 9. usq; ad n. 19. in editione antiqua &, l. 1. n. 7. de reb. credit.* Gœdd. *ad l. 19. n. 30. & seqq. de V. S.* Speciei nomen ipsis denegari debuit, non generis. Vide Gœddeum *ad l. 44. n. 7. de V. S.* Et dicuntur pacta in l. in traditionibus. 20. *C. de pact.* quemadmodum nos illum textum interpretamur infra. Aliter docent quidem alij, nimi-

† *Objectio.*

† *Resp.*

8.

tit. de act. emt. l. 14. C. de pact. & ibi Donell. n. 18. Gœdd. de contrah. Stipul. c. 11. n. 2. Ergo & pactum à pactione nihil differt.

† *Objectio.* Attamen objicit Duarenus: † Quod pactum dicatur à pactione ut *ex l. 1. §. 1.* docuimus capite præcedenti. Semper autem & naturaliter aliud est id, quod denominatur ab eo, à quo denominatur. † *Responsio* † Resp. Diffiteri non equidem possumus, si quis nimirum subtilibus oculis hæc intueri velit, quin aliqua sit inter pactum & pactionem differentia; Sicut & nos ipsi supra docuimus in capite præcedenti; nimirum, quod pactio magis causam denotet, quando nimirum adhuc est in fieri: pactum magis rem effectam, & quando jam est in esse.

6. Hoc etiam concedere necessum habemus, quod causa † suum effectum antecedat. Verum istam subtilem distinctionem JCti non attenderunt: sed promiscuè pacti pactionisq; nomine sunt usi, sicut supra satis probavimus. Idq; Ciceronis autoritate comprobari potest ulterius, indifferenter hæc usurpantis, *in lib. 2. de Invent.*

7. Nec infrequens est in jure nostro, ut verbalia † in JO, non tam factum, quàm jus ipsum nobis ob oculos ponant: seu, ut Roberti verbis utar, verbalia istiusmodi nomina, tametsi ipsum negotij gestionem ut plurimum significent, non ideo minus pro eo,

quod

quod ex negotio gesto resultat, sumi solent. *d.lib.2.sent.c.19.* Sic enim obligatio est juris vinculum. *pr. Inst. de Obligat.* Sic actio est jus persequendi in judicio, quod sibi debetur. Sic etiam sequestratio & sequestrum pro eodem accipiuntur; licet sequestratio sit magis facti, sequestrum vero magis juris, Gœdd. *ad rubr. de sequestr. n.3.* Clud. *c.1. de sequest. n. 22. &c.* Quis etiam depositionem à deposito differre dixerit? Joh. Robert. *d.lib.2.sent.c.19.*

II. † *Fundamentum Duareni tale est:* Contractus re verâ nec sunt pacta, nec ullibi dicuntur pacta. Atqui, si pacta & pactiones idem essent, contractus hoc modo fierent pacta; cum sint dicanturque pactiones; pacta verò ubique contractibus opponantur. † Resp. 1. Etiam pactiones contractibus opponuntur *in l. 3. de usufr. §. fin. Inst. de servit. urb. & rustic. prædior. § 1. Inst. de usufr. l. 7. §. 12. h. t.* Sed est hæc oppositio generis & speciei, vel certè pactionis pactique specialius acceptorum. 2. Licet contractus † non sint pacta nuda; sunt tamen pacta. Donel. *ad rubr. C. de pact. à n. 9. usq; ad n. 19. in editione antiqua & l. 1. n. 7. de reb. credit.* Gœdd. *ad l. 19. n. 30. & seqq de V. S.* Speciei nomen ipsis denegari debuit, non generis. Vide Gœddeum *ad l. 44. n. 7. de V. S.* Et dicuntur pacta in l. in traditionibus. *20. C. de pact.* quemadmodum nos illum textum interpretamur infra. Aliter docent quidem alij. nimi-

† *Objectio.*

† *Resp.*

S.

nimirum pactum nusquam tam latè accipi, ut contractus quoq; sub se comprehendat: sed ad eos, *cap. 4. membr. 2. & seqq. quæstionibus,* dicemus aliquid.

† Objectio. 9. † III. *Fundamentum Duareni* consistit in eo, quod Prætor saltem voluerit agere de † pactis nudis; tùm quod dicat, se pacta servaturum, quod ad contractus non potest referri; tùm, quod ordo, sive series & collocatio, JCtorumq; juxta sequens interpretatio nihil aliud suadeat: cum edictum inter ea locatum sit, quæ judicium antecedunt; atq; proinde pacta contineat, quibus à lite discedatur: & cum JCtorum pleraque sub hoc titulo tractatio sit de ijs pactis, quæ fiunt, ne quid petatur.

† Resp. † Resp. Verum res aliter habet. Nec enim Prætor saltem dicit, se pacta servaturum: sed illud etiam, se pacta dolo facta, vel contra leges, non servaturum. *l. 7. §. ait Prætor. de pact.* quod contractibus non convenit: Sed ijs etiam solis ferè convenire videtur, ut eruditè *Donellus* demonstrat *in d. rubr. C de pact. n. 17.* Et ICti quidem propterea plurimum tractant de ijs pactis, quæ fiunt, ne quid petatur, quoniam maxima pars pactorum, quæ ex hoc edicto valent, est eorum, quæ pariunt exceptionem: *Donell. dict. loco num. 18.* Aliàs enim ex hac Duareni illatione sequeretur, non esse alia pacta, quàm quibus paciscimur, ne

quid

quid petatur, sive ne agatur, ut rectè scripsit Eguinarius Baro *ad l. 7. §. quin imò. ff. de pact.* Hæc ad argumenta Duareni.

† Quibus addi posset ex Rævardo *lib. 2. Var. c. 1.* quod pactum Legumlatoribus, Grammaticis, & Oratoribus generis nomen sit non speciei: Prætoribus verò & JCtis † speciei, non generis. Is autem, qui de pactis disputat, non Ciceronem, Cornificium, nomothetas, Oratores aut Grammaticos, sed Prætores solos & JCtos de vocis notatione consulat. Sunt enim quædam vocabula, quibus, cum generalia verè sint, pro speciebus tamen JCti & Prætores utantur. Rævard. *d. c. 1 n. 5.* † Sed huic jam satisfactum est, & demonstratum, etiam Prætorem pactis conventiones intelligere, & JCtos *l. 6. h. t.* ubi legitima conventio pactum à Paulo nominatur. *l. 7. §. 7. l. 59. h. t* & Impp: etiam *l. 20. C. h. t.* atque ita classicos etiam, *Author ad Herennium lib. 2.* & breviter omnes. † *Objectio.* 10. † *Responsio.*

† Sane Petrus Calæfatus aliam inter pactionem & pactum differentiam constituit *n. 12.* nimirum, quod pactio sit aliquid facti: pactum aliquid juris. † Sed iterum constat, neque hanc quidem differentiam JCtos vetustiores observasse; cum expressè dicatur à JCto Paulo *in l. 27. §. 2. h. t.* † *Objectio.* † *Responsio.*

† Concluſio. in pactis factum verſari. † Conſtat igitur pactionem & pactum uſu juris perpetuò, & claſſicorum autorum communi calculo, nihil invicem ab ſe differre; licet ſi naturalem derivationem reſpicias, pactio cauſſæ vicem ſuſtineat, pactum vicem effectus.

II. QUÆSTIO.

Utrum pactum & depectio ſint idem?

† Opinio Cujacij. *† Refutatur* † Affirmat Cujacius *in d.l.1.h.t.& libr.2.Obſ. c.21.circa fin.* † Videtur tamen aliud Ulpianus ſentire in l. 3. §. *2.de Calumniatoribus.* Depectus, inquit, is † dicitur, qui turpiter pactus
11. eſt. Et ſane ſi in productis â Cujacio legibus omnino depectionis vocabulum reponendum eſt, (de quo tamen valde dubito:) diligens tamen commilito reperiet, & in ijs de turpibus pactis agi.

† Inſt. Perotti & Lau: Vallæ. † Verum Perottus *in Cornucop.* hoc Ulpiani falſum eſſe dicit; & vocabulum, depectus, in bonam & malam partem accipi, non ſecus atque pactus. Cum quo conſentit Valla *libr.6. Elegant.63.* & Hotomannus *in Lexic. in verb. depectus. qui* dicit, Ulpianum non Romanum, ſed Syrum fuiſſe. Affert adhuc duo loca Ciceronis: Unum ex Quinta Verrina, *ibi*

ibi, neque ante dimissum, quàm ad condiciones ejus depactus est. Idem pro S. Roscio Amerino, cum illo partem suam depacisci. Producunt illi locũ ex Terentio in Phormione: Ita me Dij benè ament, ut mihi liceat tam diu, quod amo, frui, quàm depecisci morte cupio. Et alium ex Cicerone *lib.2.de Invent.* Quidam cum circumsideretur, neq; effugere ullo modo posset, depectus est cum hostibus, ut arma & impedimenta relinqueret, milites educeret. Quibus addi potest & illud Imp. Constantini *in l.1.C.Theodos.de rapt.Virg.* Si quis nihil cum parentibus puellæ ante depectus invitam eam rapuerit. Plura exempla sunt apud Ciceronem *in lib.de Invent.lib. 9. ad Attic. 19. & in 3. Verrin.* ubi pactum Apronij turpe erat; *& in d. Orat. pro Rosc. Amerin.* qui de perfidiosâ Capitonis pactione loquitur.

† Verum ubi quis penitius pensitaverit, in his exemplis omnibus turpitudo quædam inesse videtur. Atq; ita censet etiam Alciatus, verba Ulpiani & Terentij declaratione posse intelligi, *lib. 4. de V. S. pag. 96.* Quibus accedit, inquit, quod hujusmodi † Præpositio DE, quandoq; in malam partem accipitur, ut desperatus, demens, deformis, degener. Sic depectores litium apud Apuleium nihil sunt aliud, quam

† Refutantur ipsorum argumenta

12.

ἐργολάβοι, qui de quotâ litis paciſcuntur, quale pactum Quintilianus nominat pactionem pyraticam. *5. C. de poſtuland. Cujac libr. 8. Obſ. c. 31.* Donell. *libr. 18. Com. c. 3.* Sic apud Gellium *libr. 20. Noct. Attic. c. 1.* ſæpè confunduntur quidem paciſci, depeciſcique: Sed ibi tamen, ubi de eo, qui membrum rupit, eſt ſermo.

† Objectio. † Etſi vero pacti pactionisque nomine turpis etiam nonnunquam pactio veniat; *† Reſponſio.* † Id tamen ideò fieri cenſendum eſt, quod nomina ſint generis, & honeſta ſimul & turpia pacta continentia. *† Concluſio.* † Ex quibus omnibus conſtat, depectionem plerumq; ſi non imò ſemper in malam partem accipi, de turpi nimirum pacto; proindeq; Cujacium non rectè hæc exæquare. Videatur omninò Scipio Gentil. *libr. 1. parerg. 32. & lib. 1. obſ. noſtr. c. 14.*

III. Quæstio.

Utrum pactum idem ſit cum convento, ſive conventione?

† 1. Opinio. † Affirmat Donell. *ad l. 1. C. h. t. n. 12.* Gœdd. *ad l. 19. de V. S.* Robert. *libr. 2. Sent. c. 19. in fin.* Vacun. à Vacuna *5. declarat. 65. n 9.* *† 2. Opinio.* † Aliter verò docent Cujac. *in l. 1. h. t. in fin.* Borchold. *ad hunc tit. cap. 1. n. 8.* Petr. Calæ-

fat.

ſat.*ad l.7. de pact.n. 16.* Heinric. Bocer. *ad l. contractus. de R. I.c. 1.n.7.* Eric. Hedeman. *diſp.Pand. 6.th.1.* Angel.Mattheac.*lib.1. de via jur.c.6.* & Dd.communiter, quos allegatos videbis apud Matthæum Cunonem *libr.1. de pact.c.2.n. 11.* exiſtimantes, conventionis nomen generale eſſe, & pactum & contractus tanquam ſpecies comprehendens. Pactum verò conventionis ſpeciem eſſe, & nuſquam in jure tàm latè accipi, ut contractus quoque ſub ſe contineat.

† Verùm in hac etiam quæſtione â Donello & reliquis non puto recedendum eſſe. † 1. Quoniam pactum & conventio † conveniunt definitione, quemadmodum latius probat Donellus *ſub d. num. 19.* † 2. Quoniam ſub h.t. non ſolum de pactis nudis, ſed de contractibus etiam agitur. †. 3. Quoniam definitio pacti contractibus etiā convenit, quemadmodū c.3. hujus tractatꝰ docebit.† 4. Quoniam contractus ſunt & dicuntur pacta, ſicut præcedēti prima quęſtione dictum eſt, & infra dicetur latius.† 5. Quoniam in uſu Juris confunduntur pactum † & conventio, & pactum ita latè ſumitur, ut etiam contractus contineat, veluti l. 6. *h. t.* ubi quod primùm conventionem, mox deinde pactum nominat l. 15. *de præſcript. verb.* ubi quod prius pactionem, deinde conventionem dicit.

† Approbatur 1. Sententia
† 1. Ratio.
13.
† 2. Ratio.
† 3. Ratio.
† 4. Ratio.
† 5. Ratio.
14.

l. 5. §. 4. l. 8. in fin. Item *l. 7. pr. juncto* §. 4. *l. 59. h. t. l. 10. l.* 28. *C. eod l. 1. De rer. permut. l. 8. C. eod. l. 8. C. de præscript. verb. l. 3. in pr. de usufr. l. 71. Pro socio. l. 72. De contrah. emt. & infinitis*

† *6. Ratio.* *aliis locis.* † 6. Quoniam etiã apud Classicos indifferenter usurpantur. Sic enim auctor ad Herennium pactum pro omni conventione accepisse visus est, quando inquit: Ex pacto jus venit, si quid inter se pepigerunt, si quid inter aliquos convenit. Eodem pertinet, quando idem author ait, pactum aliud esse legitimum, aliud sine lege servari. Sic etiam intelligendum hoc vocabulum in legibus XII. tabb. Ni cum eo pacit.

† *Objectio.* † *Responsio.* † Etsi vero Rævard. *d. libr. 2. c. 1.* distinguat inter usum Grammaticorum: † huic tamen satisfactum est supra *q. 1.*

† *Objectio.* † Non obstat etiam, quod *in l. 1. §. 1. h. t.* dicitur: Conventionis verbum generale esse, ad omnia pertinens, de quibus negotij contrahendi, transigendiq; causâ consentiunt, qui inter se agunt; quod ipsum, inquiunt Adversarij, nullibi de pacto sive

† *Responsio.* pactione pronunciatur. † Verum ita ludunt in caussâ. Cur enim in solo conventionis verbo dixit Ulpianus, hoc verbum generale esse? Nimirum, ut intelligeremus, non solum pactionem sive pactum esse generale verbum, quod iam ex definitione con-

constabat satis, sed etiam conventionem. Dubitari namque poterat primâ fronte de conventione, propter originem verbi, quâ non videbatur ad eos pertinere, qui de negotio transigunt. Horum enim consensus dicitur discessio †potius quam conventio; 15. cum ipsi non in eâdem rem veniant, sed ab eadem re discedant, atque (ut exemplo legis utar) altero de eo, quod petierat, paulatim detrahente, altero huic, quod obtulerat, paulatim aliquid addente, tandem ad certum aliquid consentiant, ut dicitur in l. 8. C. *de rescind. vendit.* Et vero si subjecti, de quo agitur, ratio habeatur, hoc verissimum esse videtur, ut conventionis verbo non videantur contineri ij, qui de negotio quodam vel contrahunt vel transigunt. Si tamen is consensus spectetur, quo id agitur, ut â negotio discedatur, hic consensus certè conventio est. Qui enim ita consentiunt, in eandem sententiam simul veniunt & decurrunt, ut Ulpianus *in d. l. 1.* loquitur.

† Ex quo intelligitur, & pactum & conventum & conventionem idem esse, & utrumq; per se positum idem valere. Quod etiam inter alia comprobavit Collegium Universitatis Ingolstadiensis, & ipsemet Borcholdt his verbis: Idem planè est in pactione, (sc. quod in conventione) quod *† Conclusio*

æquè nomen generis eſt, continens ſub ſe omnes contractus, qui & omnes poſſunt dici pactum. *p. 2. conſil.* Borch. *conſ. 15. pag. 66.* Sed de his ſi plura cupis, vide Donellum *ad. l. 1. C. h. t. n.* 20.

IV. QUÆSTIO.

Utrum pactum, & pactum nudum ſint eadem?

† 1. Opinio Cujacij.

† Affirmat Cujacius *in l. 1. h. t. & ad l. 1. de dolo malo. & lib. 11. Obſ. c. 17. lib. 14. c. 28. & in l. 7. §. quin imò. h. t.* Hedeman. *d. diſp. 6. th.* 32. Bocer. *ad l. contractus. de R. I. c. 2. n. 6.* Borchold. *in d. c. 1. & c. 3.* exiſtimantes, nudum, epitheton magis pacti perpetuum eſſe, quam διασολὴν

† 2 Opinio Donelli.

† Negat Donellus *ad. l. 1. C. h. t.* & Gœddus *in d. l. 19. de V.* S. conſtituentes pactum genus, & hujus duas ſpecies, pactum

16. † nudum, & non nudum, id eſt, cauſſam habens, quod eſt contractus.

† Et hanc probat author.

1. Per text9

† Quæ ſententia verior eſt, & juvatur per l. *7. h. t. per* l. 15. *de præſcript. verb.* Ubi pactum & conventio nuda opponitur ei, quæ cauſſam & negotium habet, l. 8. *in fin. de præſcript. verb. l. 1. C. de pact. convent. l. 10. C. de pact.* ubi cum regulam poſuiſſet, ex pacto actionem non oriri: Subjicit, tunc hoc jure utimur, cum pactum nudum eſt. Alioquin,

quin, &c. Quibus verbis apertè demonstrat, esse pactum etiam aliquod, quod non sit nudum, ex quo competat actio. *l. 45. h. t. l. 12. l. 30. C. de usufr. l. fin. C. de rer. permut. l. 27. C. locati.* cum similibus multis textibus.

†Et quidem contractus esse diciq; pacta, probat etiam. l. 3. *de usufr.* ubi pactionibus usus fructus acquiritur. Competit autem usus fructus nomine actio. *t. t. si serv. vindic.* Si verò pactiones nudas intelligeres *in d. l. 3. de usufr.* non competeret actio; & ita non constitueretur pactionibus usufructus contra textum ipsum. Non intelligas igitur *in d l. 3.* pactiones nudas, sed contractus aut certè pactiones, contractibus adjectas. † 2. Ratio. † 3. Ratio.

† Accedit eò, quod omnis contractus habeat in se duorum pluriumve in idem placitum, consensum. *l. 1. §. 1. de Pact.* Item, quod nihil sit tam naturale, quam unumquodque eodem modo dissolvi, quo colligatum est *l. nihil tam de R. I.* Atqui dissolvitur † contractus pactis. *l. 58. D. h. t.* Constituetur igitur etiam. † Huc facit quoq;, quod non pactum solum nudum dicatur, sed etiam pactio. *l. 7. in pr. h. t.* conventio nuda, *l. 5. §. 1. de rescind. vendit.* Conventio simplex. *l. 6. C. de jur. dot.* nuda voluntas, *l. 3. de rescind. vendit. §. interd. Inst. de rer. divis. &c.* 17.

Quorsum autem hæc tam variè, si nudum magis epitheton pacti perpetuum esset, quam παρασολή? Quidnam autem sit illud pactum non nudum, alius locus infra docebit.

†Objectio. † Non obstat l. 20. *C. de pact.* † Nam ibi pacta nuda prædicantur † de contractibus,
†Responsio. & dicuntur nuda; non quod sint a quibus-
18. libet rebus, etiam a negotio sive causâ nuda: sed quod nuda sint â traditione & usucapione. Sicut alibi sumitur pactum nudum, quod nudum est à stipulatione. l. 1. §.2. *De rer. permut.* ubi ex nuda voluntate contrahentium, emtio contrahitur: & tamen emtio non est nudum pactum, sed contractus. *l.11. C. de usur. & ibi Donell, circ. fin.* Vide l. 1. *De pignorat. act. l. 14. D. Locati.* Hotoman. *ad §. interdum. 43. Inst. de rer. divis.*

Scio quod aliter illam L. interpretentur Cujaciani; sed hæc expositio verior est. Et juvatur his seqq. rationibus. † 1.
†1. Ratio. Quoniam ibi pacta nuda non contractibus, sed modis acquirendi dominij contrà ponuntur. Cum enim traditionibus opponantur, ea nuda debent intelligi, quæ nuda sunt ab ea re, cui opponuntur, id est, â traditione; sicut nuda voluntas opposita traditioni, ea intelligitur, quæ traditionem adjunctam non habet. §. *inter-*
†2. Ratio. *dum. Inst. de rer. divis.* † 2. Quoniam de nudis

dis pactis prædicatur, quod ijs dominia non transferantur. Quod verum est etiam in contractibus. † 3. Quoniam de pactis nudis, quæ causam non habent, frustra & sine ratione fuisset dubitatum, utrum ijs dominia transferantur. Quippe cum ne quidem ad obligationem civilem producendam, si non sint legitima, sufficiant. †.4. Suadet hanc interpretationem l. 3. *de O. & A.* ejusdem tenoris, ubi Paulus ait, obligationum substantia non in eo † consistit, ut aliquod corpus nostrum faciat; quod idem est, ac si diceret, obligationibus non transferuntur dominia. Ubi quæ Paulo dicuntur obligationes, eæ dicuntur Impp. pacta nuda. † Tandem si numerandæ sint sententiæ, credo nos vincere posse. Sic enim plerumq; L. hanc interpretantur, Bartolus, Salicetus, Riminaldus, Jason, Alciatus *ad d. l. 20. n. 43.* Contius *lib. 1. disp. 8.* Duarenus *in tr. de pact. c. 6.* Donellus *ad l. 1. 10. & 20. C. h. t. & libr. 4. Comm. c. 17. p. 264. & libr. 5. Comm. cap. 2.* Vultejus *libr. 1. discept. c. 16. pag. 179.* Giphanius *in com. de divis. jur. th. 73.* Hotoman. Gothofredus & alij *ad d. l. 20. C. de Pactis.*

† 3. *Ratio.*

† 4. *Ratio.*

19.

† *ult: Ratio.*

V. QUÆSTIO.

Utrum pactum, & pactum con-

ventum, sive pactum, & conventum sint eadem?

† 1. Opinio Cujacij.

† Affirmat Cujacius *in d l. 1. h. t.* Coras. *ad l. pacta conventa. de contrah. emt. n. 9.* existimantes, conventum esse pacti perpetuum epitheton, ac nudum pactum denotare. Sane nos defendimus alibi, in jure nostro pactum conventum pro pacto nudo nonnunquam usurpari, ut sit pactum conventum, quod ex solo convento valet, & nihil præter conventionem habet. *l. 2 de transact. l. 71. pro socio. l. 72. de contrah. empt, &c.* Forcat. *in Cupid. Iurisp. c. 19.* Vult. *ad pr. Inst. de Oblig. num. 20.*

† 2. Opinio Donelli & Authoris.

† Cæterum alias tamen ex naturâ nihil â pacto generaliter accepto differt, nec aliquid specialiter habet. Donell. *ad rubric. C. de pact. n. 21. & seqq.* Robert. *libr. 2. sent. c. 19. circ. fin.* Neque enim in hoc loco conventum adjectivi vicem sustinet, sed sunt hæc duo, pactum † conventum, homonyma ἀσυνδέτως ambiguitatis evitandæ causâ juncta. Cum enim pactum † & a pango deducatur, quod fixum, sive junctum significat; & â paciscor; nimirum, ut sciri possit, de quo pacto sermo sit institutus, conventum adjicitur: atq; hoc modo incertitudo declaratur. Quod vel inde firmissimo probatur argumento, quoniam hæc â sese sæpe sejun-

20

21

ſejunguntur. Sic enim Cicero *lib. 1. Offic:* poteſt accidere promiſſum, aliquod & conventum. &c. Sic *in libr. 3. Offic.* facere promiſſa, ſtare conventis, reddere depoſitum, commutata utilitate fiunt non honeſta. Et iterum *in Officiis alibi*, ex pacto & convento diſcedere. Et *in Oration. pro Cæcinna*: Quæ judicia aut ſtipulationis & pacti, & conventi formula. Juvenal.

Conventum tamen & pactum, & ſponſalia noſtrâ
Tempeſtate paras. &c. Et Seneca:

Ne pacta conventaque impreſſis ſignis cuſtodirentur. Unde & Paulus *libr. 1. ſent.* titulum aliquem inſcripſit de pactis & conventis. Huc etiam facit, quod vocabulo conventi ſimpliciter utantur. Sic Cicero *libr. 1. Offic.* dictorum conventorumq; conſtantia & veritas fides eſt. Sic Silius frangere conventa dixit. Ex his judicium ſumi poteſt etiam de his, pactum & conſenſum, pactum & conductum. Vide *l. 2. C. Quando lic. ab emt. diſced.*

VI. QUÆSTIO.

Utrum idem ſit pactum, & pactum juſtum?

†Sanè

†1.Opinio Alciat.

† Sanè Alciatus *libr. 4. paradox. c. 7. & in l. pacta novissima. C. h.t. & in l. lege obvenire. de V. S.* interpretatur justum pactum *in l. 95. §. 4. D. de solut.* de pacto vestito, sive non nudo. †

†2.Opinio Coras. Cujac. & auth. 22.

Rectius tamen docent Duarenus *h.t.c.2.* Coras. *libr. 1. Misc. c. 1. & ad l. pacta conventa. de contrah. emt. n. 7.* Cujac. *ad. l. 1. ff. h. t. & ad tit. 1. lib. 1. Sent. Pauli.* per pactum† justum *in d. l. 95. §. 4.* intelligi pactum juridicum, non injustum, non improbatum: sed tale, quod neque dolo factum sit, neque adversus leges. Nam quod Prætor ait, pacta quæ neq; dolo malo, neq; adversus Leges, Plebiscita, SCta, Edicta Principum &c. facta erunt, servabo. *l. 7. §. 7. h. t.* illud ipsum JCtus Ulpianus contrahit his paucis verbis pactum justum: ideoq; servandum est. *l. 52. §. 2. h. t. Adde l. epistola. h. t. l. cum emtor. de rescind. vendit.*

†Refutatur Cujacius.

† In eo tamen rectius Corasius docet: pactum justum tàm nudum, quàm non nudum denotare. Male verò Cujacius, dum pactum justum ad pactum nudum adstringit. An enim contractus contra Leges, Plebiscita &c. factos servet Prætor? absit hoc malum à jure nostro. Vide l. 4. C. *de inutil. stipul.* & Donell. *ad d. rubr. C. h. t. num. 17.*

VII. QUÆ.

VII. Quæstio.

An pactum & conditio, atq; lex sint eadem?

Resp. Lex & conditio cum pacto non sunt eadem ex naturâ sua; juris tamen usu pro pacto sæpe† sumuntur, pro pacto nō quidē per se subsistente, sed plerumq; pro pacto cōtractui cuidam subjecto. De conditione sunt textus in l. actioni. *de ædil. edict.* l. debitori. *C. de pact.* in l. pen. *C. si mancip. fuer. alien.* & in l. 10. *C. de pact.* Cicero *in 3. Verrin.* Malebant condemnari, quam ad ejus conditiones pactionesq; accedere. *Et lib. 3. Offic. ibi,* Regulus verò non debuit conditiones pactionesq; bellicas perturbare. *Et ad Tyron. Epist. 16.* Donatus *in illo Terentij in Andria*: accepit condicionem: Condicio, inquit, est pactio certam legem continens. *l. 2. C. de pact. inter emt. & vend: l. societatem mecum D. pro Soc. l. Cajus. de manum. l. 2. §. fin: De donat. Tyraquell. de utroq; retract. p. 2. §. 2 gl: un. n. 76* De lege sunt textus in eadem l. 20. & in l. cum in lege. *l. qui fundum. l. fistulas. de contrah. ampt. l. 8. de præscript. verb. l. 24. locati. l. ea lege, 3. C. de cond. ob caus. dat. l. 23. de R. I. ibi: legem enim contractus dedit. cum similib.* 23.

Appellatur autem recte conditio, conventio traditioni rei, sive contra-ctui

ctui adjecta. Quia ejusmodi conventio omnis exprimitur sub modo, puta, do, ut facias. Modus autem pro conditione est. *l.1.C.de iis,quæ sub modo.d.l.eâ lege.C.de condict. ob causs.* Lex vero dicitur conventio traditioni sive contractui adjecta; quoniam sicut lex publica moderamen quoddam est: Ita hæc quoque lex traditionis, sive contractus, cui adjicitur, moderamen quoddam est & temperamentum. Forsan

24. inde quoq; conventio † privatorum lex vocatur; quod apud veteres conventiones pleræq; legis instar concipiebantur, ut opinatur Marc. Ant. Delrio *in l. contractus.23. c.19. de R. I.* Deinde plerumq; solent certæ conditiones, certæ leges, & certi modi per pacta contractibus adjici. Quo sustinetur etiam, quod humaniores scriptores dixerunt, eodem pacto, eodem est modo; eâdem conditione, lege, &c. sensu prorsus eodem. Donellus *in l.10.n.4.&5. C.h.t.* Cuno, *in d.cap.2.n.5.&10.*

IIX. QUAESTIO.

Utrum pactum & pollicitatio sint idem?

Resp.

Resp. Non sunt idem. Pactum enim est duorum consensus: pollicitatio † verò solius offerentis promissum; *l. 3. de Pollicit.* Alias differentias addunt Dd. de quibus latissime disputat *Caccialup. in tr. de pact. q. 5.* Petr. Calæsat. *in d. l. 7. h. t. à n. 23. usq; ad n. 48.* ubi latius examinat illam quæstionem, an promissio ex merè lucrativâ causâ, præsenti tacentive facta, sit pollicitatio simplex, an verò pactum? Angel. Mattheac. *libr. 1. de via iur. c. 6.* Sive, an promissio tacenti, sed tamen præsenti facta, in ejus commodum valeat in vim † pollicitationis, an vero pacti? Prius istud est verius per l. pactum. *3. De pollicit.* ubi JC. Pactum est, inquit, duorum consensus atq; conventio: Pollicitatio verò offerentis solius promissum. Definitur enim pactum duorum consensus atque conventio in idem. *l. 1. §. 2. De pact. l. ex pollicitatione. D. eod. l. 1. §. si stipulanti. de V. O.* Pactum siquidem requirit conventionem ex utraq; parte; nec sufficit consensus. Pollicitatio verò continet unius promissum, & alterius consensum. Cur enim voluntatem suam præsens non declaravit. *arg. l. veteribus de pact.* Videatur Fachinus *libr. 8. Controvers. c. 64.* ubi tres opiniones refert & rejectis reliquis, hanc retinet. Vide And. ab Exea *libr. pactorum, n. 12. & seqq.* Joan. Baptist. *de* Caccialup. *De pact. q. 5. num. 4.* Gomez.

Margin notes: 25. (beside line 2); 26. (beside line 12)

tom.

tom.2.Resol.c.9.n.2. Parlador *2. rer. quotid.3. n.4.& 5.* Turamin *in Epist. Academ.13.* Hilliger. in Donell. enucl. *lib.5.c.12 lit.* R. Illud tamen interim constat, pollicitationem sæpe pro pacto sumi, *ut in l. 5. C. de contrab. & committ. stipul. in l. fin. C. ad SCtum Vellejan. & tot. tit. C. de dotis promiss. & nud. pollicitat.* Cujac. *in l. 6. de pactis.* Bronch. *cent. 1. ass. 31.*

IX. QUÆSTIO.

Utrum pactum & promissum sint idem?

Resp: Promissi vocabulum latius est, quàm pacti, etiam stipulationem continens *l. 7. §. 12. h. t.* & pollicitationem. *d. l. 3. de pollicitat. l. sciendum. §. dictum. de ædil. edict. l. 123. de V.O*; licet inter Synonyma pacti referatur a Connano *libr. 5. Com. c. 8.* Vide latius Cunon *d. cap. 2. n. 18. & seqq.* & Petr. Calæfat. *in d. l. 7. n. 18. & seqq.* Caccialup. *in tr. de pact. q. 4.* Hodie sane inter stipulationem,
27. & quamlibet aliam † promissionem vel etiam pactum, vix distinguere licet. Tales enim subtilitates ab aulâ recesserunt. Wesembec. *in §. item inutilis. Inst. de inut. stip.* Anton. Hering. *in tr. de fidejussorib cap. 11. nu. 43. & seqq. p. 285.*

X. AXIOMA

De Placito.

Sanè de eo constat, placito † pactum hinc inde in jure denotari. *l. 1. h t. l. 4. de Servit. l. 53. de judic. l. 74. de Eviction. l. 20. §. si pater famil. hercisc. l. 3. §. 4. de rer. permut. l. 40. h. t. l. 15.* C. *famil. hercisc.* 28.

XI. AXIOMA

De Exceptione.

Illud etiam rectè probat Rævardus *lib. 2. Var 13.* exceptionis † vocabulo pacta sive conventiones nonnunquam denotari. 29. Textus sunt in l. 7. §. *adeo. D. h t.* juxta Florentinam lectionem: (Mst. legit pactiones) item l. *72. de contrah. emt. l. 2. §. 10. de hered. vel act. vend. l. 39. de act. emti. l 32. de Usufr. l. 3. de rescind. vend.* Quo facit etiam illud Horatij 2. *Satyr. 3.*

——mentem nisi litigiosus
Exciperet dominus cum venderet, &c.

Usurpationis ratio; quoniam per pacta plerumque solemus aliquid nominatim in venditione, reliquisque contractibus excipuum facere. *d. l. 72. de contrah. empt.*

l. 39. de act. emt. &c. Vel quod pacta solerent interdum reis exceptiones præbere. *l. 7. § 4. de pact.*

XII. AXIOMA

De Epistola.

Epistola quidem pactum non est. Quoniam tamen per epistolam nonnunquam paciscimur; iccirco tum epistola pro pacto sumitur, *l. 47. D. h. t. l. 24. l. 26. l. 28. depositi, l. 34. de pignerat. act.*

XIII. AXIOMA

De Dicto.

Dictum sanè in venditione, & promis-
30. sum † separantur. Dictum est verbotenus pronunciatum, nudoq; sermone finitur, nec parit exceptionem; veluti, si venditor dixerit, servum esse frugi, *l. 8. l. 19. §. 1. de ædil. edict.* Non est igitur pactum: tum, quod unius sit principaliter proloquium; tum quod non pariat actionem. Hinc Agesilaus, conquerente amico, quod promissa non servaret, per Jovem, inquit, si justum est, promisi; si minus, dixi quidem, sed non promisi. *Mattheac. lib. 1. de via jur. c. 6.*

XIV. AXIOMA.

Quid transactio differat à Pacto?

Hanc vulgò faciunt inter pactum, & transactionem differentiam: Quod pa- 31.
ctum † sit gratuitũ, & de re certâ: Transactio non gratuita, non de re certa, sed litigiosa. Sicq; docuerunt ante † Duarenum † 1. Opinio.
unanimiter omnes; etiam post ipsum Costal. Sic Prateius *in lex.* M. Anton. Delrio *in l. transigere n. 7. C. de transact.* Angel. Mattheac. *lib. 1. de via jur. c. 6.* † Huic opinioni † Ratio.
& lectio Pand. Florentinarum & vulgaris quoq; suffragatur, cum hac punctorũ ratione his verbis: Qui vero paciscitur, donationis causa rem certam & indubitatam liberalitate remittit; quasi diceret Ulpian. † Eum, qui paciscitur, rem certam remittere donationis causâ ex liberalitate.

† Hanc verò hujus loci interpunctationem & interpretationem † nõ admittunt † 2. Opinio. 32.
Duarenus *ad l. 1. §. conventionis. de pact.* eumq; secuti Donellus *ad rubr. C. de transact. n. 24.* Nicol. Cisner. Jacob. Cujacius & Gothof. *in not. hic.* Petrus Loriot. *de pact. ax. 57. & seq.* † 1. Quod alias hic aliquid esse super- † 1. Ratio.
fluum; cum nihil aliud sit donationis

l. 39. de act. emt. &c. Vel quod pacta solerent interdum reis exceptiones præbere. *l. 7. § 4. de pact.*

XII. AXIOMA

De Epistola.

Epistola quidem pactum non est. Quoniam tamen per epistolam nonnunquam paciscimur; iccirco tum epistola pro pacto sumitur, *l. 47. D. h. t. l. 24. l. 26. l. 28. depositi, l. 34. de pignerat. act.*

XIII. AXIOMA

De Dicto.

Dictum sanè in venditione, & promis-
30. sum † separantur. Dictum est verbotenus pronunciatum, nudoq; sermone finitur, nec parit exceptionem; veluti, si venditor dixerit, servum esse frugi, *l. 8. l. 19. §. 1. de ædil. edict.* Non est igitur pactum: tùm, quod unius sit principaliter proloquium; tùm quod non pariat actionem. Hinc Agesilaus, conquerente amico, quod promissa non servaret, per Jovem, inquit, si justum est, promisi; si minus, dixi quidem, sed non promisi. *Mattheac. lib. 1. de via. jur. c. 6.*

XIV AXIO:

XIV. AXIOMA.

Quid transactio differat à Pacto?

Han: vulgò faciunt inter pactum, & transactionem differentiam: Quod pactum † sit gratuitũ, & de re certâ: Transactio non gratuita, non de re certa, sed litigiosa. Sicq; docuerunt ante † Duarenum unanimiter omnes; etiam post ipsum Costal. Sic Prateius *in lex.* M. Anton. Delrio *in l. transigere n. 7. C. de transact.* Angel. Mattheac. *lib. 1. de via jur. c. 6.* † Huic opinioni & lectio Pand. Florentinarum & vulgaris quoq; suffragatur, cum hac punctorũ ratione his verbis: Qui vero paciscitur, donationis causa rem certam & indubitatam liberalitate remittit; quasi diceret Ulpian. † Eum, qui paciscitur, rem certam remittere donationis causâ ex liberalitate. 31. †1. Opinio. † Ratio.

† Hanc verò hujus loci interpunctationem & interpretationem † nō admittunt Duarenus *ad l. 1. §. cōventionis. de pact.* eumq; secuti Donellus *ad rubr. C. de transact. n. 24.* Nicol. Cisner. Jacob. Cujacius & Gothof. *in not. hic.* Petrus Lorior. *de pact. ax. 57. & seq.* †. 1. Quod alias hic aliquid esse superfluum; cùm nihil aliud sit donationis †2. Opinio. 32. †1. Ratio.

causa pacisci, quàm liberalitate pacisci, & contra. † 2. Quod non omne pactum animo donandi fiat. *l.* 28. §. *si filius. de pact.* Et quod non omne pactum sit gratuitum. *l. 41. & l 45. de pact.* † 3. Quoniam oportet donationis causâ fieri pacta, si vim donationis habere debeant. Et quoniam pacisci donationis causâ sæpè legimus in jure. *l. 9. in pr. l. 22. l 24. l. 31. § 3. de donat. l. 31. §. 4. de donat. int. vir. & uxor. l. 28. in fin. de pact.* Quapropter censent ὑποστιγμὴν non addi debere verbo *paciscitur*; sed post dictionem illam *causa*; Ut illa verba *Donationis causâ*, conjungantur cum verbo *paciscitur*; sicut & in editione Gothofredi legitur & meo MS. quasi distinguat JC. Ulpianus non quemlibet paciscentem à transigente: sed eũ duntaxat, qui paciscitur donationis caussa. Sane in alio Msto nostro

† 2. Ratio.

† 3. Ratio.

5\. totus ille versic. *Qui verò &c.* ἄστιγμ sine ullo commate legitur; sicut & in aliquot editionibus excusis. Putem tamen quem tutius Duareni reliquorumque vestigia sequi posse; nisi quis mecum malit dicere Pactum in hoc à Transactione differre, quod pactum esse possit gratuitum, & de re non litigiosa; cum contra transactio ne quidem esse possit.

XV. AXIO

XV. AXIOMA.

De Contractu.

Pactum differt à contractu † tanquam genus à specie. Pactum est genus habens sub se pactum nudum & contractum. Non sunt igitur Synonyma. Vide quæ diximus *supra h. c. q. 3. & 4.* & quæ dicemus *infra c. 3. membr. 2.* 33.

Axioma Ultimum

De Statuto.

Appellatione pacti num veniat † Statutum, controvertitur? Zasius † affirmat *perc. quæ contra. in fin. 8. dist.* Pacta namq; cum Statutis convertibilia sunt, inquit, *arg. l. non impossibile. de pact.* Zasius *lib. 2. consil.* 1. *n. 30. & seq.* Alij verò † distinguunt, quod quicquid per pactum fieri potest, idem etiam fieri possit per statutum: non vice versâ. *arg. l. fin. C. de fidejussor.* Eberhard. *in Topic. in loc. à pacto ad leg. n. 1. & seq.* Rosenthal. *de feud. c. 9. concl. 58.* Rauchbar. *p. 1. q. q. 31. n. 7.* & alii, quos refert & sequitur Barthol. Musculus *de success. conv. & anom. memb. 1. concl. 1. lit.* D. ubi dicit, quod argu- 34. † *1. Opinio* † *2. Opinio*

55. mentum à pacto † ad statutum procedat affirmativè, sed non negativè. Consuetudo namque fortior pacto. Arnold. de Reyger. *in Thesaur. jur. lit. A. n. 376.* Rauchbar. *p. 1. q 36. n. 14.* Coler. *de process. executiv. p. 1. c. 10. n. 136. & seq.* Muscul. *d. loc. p. 12.* Hæc de Synonymis pacti.

CAPUT III.

DE DEFINITIONE PACTI.

SUMMARIA.

1. *Pactum est duorum pluriumve in idem placitum consensus.*
2. *Supremæ voluntates saltem unius continent placitum.*
3. *Pacta versantur in negotiis hominum.*
4. *Aliud consentire de eadem re, & aliud in eandem rem.*
5. *In præpositio interdum accusativo, interdum ablativo jungitur.*
6. *Definitio Pacti defenditur.*
7. *Definitio affirmativa prævalet.*
8. *Specifica forma rem constituit.*
9. *Genus subalternum definiri potest.*

Non

NOn debemus quidem in definitionibus tradendis esse superstiosi, sicut ex Galeno notat Duarenus *c. 2. de probat.* Nec etiam Jureconsultorũ in Pandectis relatæ definitione; tanquam oracula sunt accipiendæ, ut nunquam ab iis recedere liceat. Vultejus *ad pr. Inst. de testam. ordin.* Donell. *libr. 1. Comm. 1.* Gœddæus *de contr. stip. c. 1. n. 89. & seqq.* Sed videamus tamen quemadmodum rectè definiatur ab Ulpiano pactum; & quomodo contrariis argumentis responderi debeat.

† Definit Ulpianus sub nomine pactionis † pactum, quod sit duorum pluriumvè in idem placitum consensus. *l. 1. §. 7. h. t. l. 3. de pollicitat.* † Dicitur consensus in idem placitum, ut error excludatur. *l. 51 h. t. l. nihil consensui. de* R. I. Reusner. *libr. 1. cons. 3. n. 39. & seq.* & tractatus furiosi, infantis, reliquorumq; quorũ nullus est consensus *l. 1. §. furiosum. de* O. *&* A. *l. furiosi. de* R. I. item, ut excludatur imaginarius contractus. *l. contractus imaginarij. de* O. *&* A. & eorum, qui joci saltẽ caussa promittũt. *l. 3. d.* O. *&* A.

† *Definitio* 1.

† *Explicatio defin.*

Dicitur DUORUM PLURIUMVE; nimirum, ut à pollicitatione distinguatur. Vide capitis præcedentis quæstionem 8. Et ad discrimen supremarum voluntatum; quæ saltem † continent unius testatoris placitum. *l. verba. de V. S.* 2.

Dicitur IN IDEM, scilicet, dandum, faciendumve. *l. 3. de O. & A.* nimirum, ut idem aliquid fiat, sequatur; aut contrà, ne fiat, ne sequatur; puta, ut des aliquid, aut facias; aut ne des, ne facias. Et rectè quidem consultoq; dicitur *in idem*, non etiam *in* vel *de eadem re*. Nec enim omnes qui consentiunt de eadem re, paciscuntur.

† *Objectio.* † Quid enim, si duo consentirent de inambulando, vel virtutem esse summum bonum? quemadmodum hoc huic definitioni Fr. Hotomannus objicit.

† *Responsio* † Nimirum ut ipsi respondeamus, placita Philosophorum, Medicorum, JCorum &c. versantur in subjecto rationali, intelligibili, & deliberativo:

3. Pacta † verò in negotiis hominum, Angel. Mattheac. *l. 1. de via jur. c. 6. n. 26.*

4. Deinceps aliud est de eadem re † consentire, aliud in eandem rem. In & de eadem re consentiunt, qui idem sentiunt, nimirum, ita se rem habere. In eandem verò rem & in idem consentiunt non tantum, qui de eadem re aliquid affirmant: sed qui ita affirmant, ut simul recipiant, futurum, ut ea res sequatur. Hoc qui faciunt, promittunt; proinde paciscuntur. Donell. *in l. 1. C. h. t. n. 9.* Connan, *in tit. de pact. c. 1. n. 10.* Etsi namque veteres sine discrimine

ſcrimine vel cum accuſandi, vel cum auferendi caſu, jungebant præpoſitionem † IN, quemadmodum Dn. Giphanius in collectaneis ad Lucretium monſtrat: 5.
Grammatici tamen animadverterunt IN cum ſexto caſu junctum plerumque Græcis ἐπὶ ſive ἐν verti, Latinis præſens tempus in loco denotare: Rurſus IN cum accuſandi caſu, futuri quippiam & motum ad locum ſignificare, Græcisq; nihil aliud eſſe, quàm τὸ εἰς. Denique non ſunt JCti verba captanda, quem veroſimile eſt conſenſum intellexiſſe, ex quo conſentientium alter altori obligetur, ſi non civiliter, at naturaliter ſaltem. Duaren. *ad l. 1. h. t. in verb. duorum conſenſus.* Itaq; rectè Donellus; & Ulpianus etiam rectè. Recteq; faciunt, qui defendunt Ulpianum rectè. Ad videamus etiam, quemadmodum quidam defendant?

† Nimirum dicunt definitionem noſtram non converti cum ſuo definito. Corneus *lib. 4. conſ. 25.* Dicunt, caput in ea deſiderari. Dicunt eſſe latiorem, & contractibus etiam convenire, atque alia ſupra rem definitam complecti. † Sed hoc non eſt interpretari definitionem Ulpiani, ſed ineptam dicere. Ergo (verbis Regij Profeſſoris utor) interpretatio ipſa inepta eſt. † *Objectio.* † *Reſponſio*

C 5 † Adhuc

† Adhuc dicent, caput tamen deſiderari, latiorem eſſe, non converti, quicquid Ulpianus autor ſit, eamq; definitionem periculoſam eſſe.

† Inſt.

Hic jam prodibunt varij defenſores

6. † non unius omninò generis. † Alij fingent

† 1. Opinio. figuram endiadis, q. placidus conſenſus requiratur, & ſpontaneus.

† 2. Opin. † Alius hæc verba placitum & conſenſus poſſe intelligi ſine ulla reſolutione copulæ, ut duo ſcil. requirantur copulativè, placitum & conſenſus; ut non ſufficiat voluntas retenta in mente, ſed conſtare debebat de conventione.

† 3. Opin. † Alius pactionem definiri non pactum.

† Reſut. † Quæ omnia quid huc faciant, lector ipſe

† 4. Opin. videt. † Duarenus dicit hic proponi non definitionem, ſed deſcriptionem. Eumq; ſequitur Matth. Cuno *l. 1. de pact. c. 5. n. 5. & 6.*

† 5. Opin. † Cujacius tamen contra docet & rectè; quod hic benè & neceſſariò definiatur pactum *ad l. 1. h. t.*

† Refutatur Cujac. † Idem tamen malè, quod per conſenſum denoteretur nihil, niſi conſenſus. Nimirum quod definitionẽ retinet, hoc probo: quod malè explicat, hoc improbo. Malè explicat; quoniam facit definitionem negativam. At *ἀδύνατον, τὴν στέρησιν εἶναι διαφορὰν*, juxta Ariſtotelem, vide Goclen. *p. 2. probl. log. 37. & 48.* Sane ſi de interpretatione definitionis dubitatur,

tur, affirmativa, quæ † aliquid ponit, prævalet. Et miror itaque, quod doctissimus vir hic etiam Cujacium secutus fuerit, & item alius *in pr. inst. de oblig. n. 26. & 27. Ille in h.t. de pact. c. 1. n. 5.* † Erroris occasio, quod existimabant, pactum nudum definiri. † Sed Ulpianus non nudum pactum, sed pactum in genere definire volebat; quod etiam continuatio l. 5. & 7. docebit. 7. † *Objectio.* † *Responsio*

† Eadem ratio facit, ut non probem, quod Berengar. Fernand *in l. pacta conventa. de contrah. emt. in præfat. 1. n.* 9. definit pactum, conventionem, quæ nullo jure formam specificam habet; novè quidem, ut ipse putat, sed, ut nos judicamus, malè. Nec enim pœnitet ejus, quod à Præceptoribus didicimus, formam specificam † non definitionem solùm, sed & rem constituere, & omnium rerum perfectionem esse à forma. Imperfectum igitur erit jure, quod nullo jure specificam formam habet. Ponit idem sex, alij plures pacti definitiones; sed pleræq; sunt ab accidentibus, vel alias malæ. † *Bereng. Fernand. Refutatur.* 8.

† Dicamus igitur nos, definitionẽ converti cum definito: non esse latiorẽ: meritò complecti contractus; cum etiã pactum tàm generaliter accipiatur, ut contractus sub se contineat, quemadmodum supra docui: † *Authoris sententia.*

docuimus. Dicamus, inquam, pactum nudum, & contractus sub se continet; quemadmodum etiam docuerunt Panormitan. *in c. 1. n. 4. Extra, de pact.* & Dn. Wesenb. *in parat. eod. tit. n. 2* † At dicent genus definiri non posse; Quod nobis etiam Matth. Cuno regerit. † Sed facilis est responsio. Genus generalissimum, ut est Ens, definiri nequit; quoniam non habet genus supra se. Definitio verò constat genere & forma. Sed genera subalterna, cum interdum † considerentur ut species, definiri poterunt. Hominis genus est animal. Eccur non mihi dicere liceat, animal esse corpus animatum? Sic pactum est genus contractus, & nudi pacti. Sed quando refertur ad placitum & consensum, est species. Et itaque poterit definiri: & ab Ulpiano, quemadmodum docuimus rectè definitum est pactum.

† Objectio. *† Responsio* 9.

† Nec igitur opus, ut aliquid suppleamus & cum Hostiense definiamus pactum, duorum pluriumve in idem dandum, faciendumve alteri ab altero consensum verbis expressum, animo obligandi. Vide Calefat. *in l. 7. n. 38. de pact.* ubi hanc definitionem refutat. † Non etiam, ut addamus ex Hotomanno, de negotio inter se gerendo. Hotoman. *d. n. 2.* † Multo minus

† Refutatur Hostiens. *† Repudiatur Hotom.* *† Repudiatur Hedeman.*

nus ut dicamus, conventionem de re aliqua danda vel facienda, quæ causa vacat, quæ ob id vi ac indole sua jure civili obligationem & actionem non parit. Hoc enim est nudum pactum definire, non pactum. † Tandem, & breviter unam antiqui JCti bonam definitionem, rectè, & justè salvare, melius & tutius esse judico, quam centum novas, bonasvé malasvé, fingere. Debemus enim Præceptoribus τὴν χάριν.

† *Conclusio.*

CAPUT IV.

DE

DIVISIONIBUS PACTI.

SUMMARIA.

1. *Incorporalia in species dividi possunt.*
2. *Ius est eorum, quæ fiunt legitime, causa efficiens.*
3. *Sermo & Ratio hominem à bruto disparant.*
4. *Differunt Pacta Iuris Gentium & Civilis effectu.*
5. *Legitimum propriè sumtum quid significet?*
6. *Pacta pleraq; Iuris Gentium.*

7. Pacta

7. Pacta quæ legitima?
8. L. 12. tabb. liber homo qui furtum fecit, addicebatur ei, cui factum.
9. Obærati olim pœna.
10. Pactum dotis an pactum legitimum?
11. Rerum fungibilium pretium subinde mutatur.
12. Majores usuras stipulamur in frugibus, quàm in pecunia.
13. Non jurandum in verba Magistri.
14. Pactum legitimum sub se contractus civiles continet.
15. Hodie nulla alia legitima conventio, quàm contractus civiles.
16. Sub appellatione generis singulæ species comprehensæ intelliguntur.
17. Legitima pacta sive nuda, sive non, pariunt actionem.
18. Confirmare sæpe sumitur pro dare.
19. Vocabulum LEGIS quomodo in l. 6. de Pact. sumatur?
20. Contractus civiles unde actionem proferant?
21. Disputatio de pactis nudis & non nudis quid proficiat?
22. Vestimenta Pactorum.
23. Pacta contractibus adjecta sunt contractuum partes.
24. Vestitum esse proprium est hominis adjunctū.

25. Pacta

25. Pacta nuda cur sic dicta?
26. Pacta nuda multipliciter in jure nostro sumuntur.
27. Pacta nuda quid?
28. Pacta nuda quæ?
29. Adjectio veneni mali ostendit esse quædam & non mala venena.
30. Emtio & venditio &c. an nudum pactum?
31. Pactum nudum non est συνάλλαγμα.
32. Emtio venditio cur dicatur solo consensu contrahi?
33. Pacta jure fiunt non nuda, quod vel Lege confirmantur, vel actionem pariunt.
34. Pacta non nuda quid?
35. Contractus forma an possit dari?
36. Ubi Contractus in Iure definiatur? & n. 44.
37. L. Labeo. 19. de V. S. explicatur: & n. 42.
38. Logicis definitiones ab effectu desumptæ non probantur.
39. Συνάλλαγμα contractum cum causa denotat.
40. Ellipses sine vitio non possunt in definitione committi.
41. Contractus in Labeo. 19. D. de Verb. signif. non definitur.
42. Contrahere quid propriè?
43. Actum & contractus quid significent in l. Labeo. 19. D. de V. Signif.?

44. Con-

44. *Contractus definitur in l. 7. D de Pactis.*

45. *Contractus est conventio caussam habens.*

46. *Diversitatem rerum nihil explanat magis quam diversitas definitionis.*

47. *Negotium habere quid?*

48. *Promißio de vendendo differt ab ipsa venditione.*

49. *Causa sive negotium quibus constet?*

50. *An mixta pacta dentur?*

51. *An pactum in rem vel in personam sit, quæstio est facti.*

52. *In dubio reale pactum præsumitur?*

53. *Publicæ conventiones statum Rerumpublicarum respiciunt.*

54. *An dux belli pacisci cum hostibus poßit?*

55. *Quæ speciale mandatũ desiderant, non transeunt in generali.*

56. *Fides sanctißimum humani pectoris bonum est.*

57. *Fides hosti publico data servanda.*

58. *Aliud dolus seu stratagemata, aliud perfidia.*

59. *Refert an justè vel injustè metus illatus.*

60. *Pacis conditiones semper invitis dantur.*

61. *Fides hosti privato servanda.*

62. *An prædoni?*

63. *An hæretico?*

64. *Iudicis est mitius agere in hæreticos quam Lex agit.*

65. *An*

65. *An hæretici capitaliter puniendi?*
66. *Nisi fide stet Respublica, opibus non stabit.*
67. *Pacis causa publicam utilitatem concernit.*
68. *Pœnam homicidij summus Princeps an remittere possit?*
69. *Simulatio ad veritatem inquirendam permittitur.*
70. *Iudex salvum conductum concedere potest.*
71. *Salvo conductu concesso discessus continetur.*
72. *An frangenti fides frangenda?*
73. *Expressa pacta quæ?*
74. *Re convenire quid significet?*
75. *Sed sæpe conjungit, non discernit.*
76. *Tacitorum pactorum exempla.*
77. *Instrumento reddito solutio præsumitur.*
78. *Aliud si pignus reddatur atque si chirographus.*
79. *Reddi nihil aliud, quam retrò dari.*
80. *Obligatio magis in re obligata, quàm instrumento consistit.*
81. *Inquilinorum res olim, nisi expresse fieret, tacitè non obligabantur.*
82. *Ratio diversitatis inter urbana & rustica prædia.*
83. *Pacta simplicia quæ?*
84. *An rectè inter substantialia & naturalia pacta distinguatur?*
85. *Incontinenti quid?*
86 *Continua sunt, quæ modico distant temporis intervallo.*

NOn etiam procedendum est sine divisione pacti propter divisionis utilitates; de quibus Jason *in Rubr. Inst. de act. in fin.* Galiaula *in l. stipulationes quædam. de V. O.* Nævizan. *in sylv. nupt. n. 20.* † At dicas, quomodo pacta dividi possunt, quæ non sunt res corporales † At ego dicam, Apage te cum hoc principio Physico, quod in substantiis corporeis locum habet, & non transferri debet ad jura nostra. An non ususfructus est dividuus, & quidem natura sua? quemadmodum nos adversus Hotomannum alibi tractavimus. *p. 1. tractat. Iustin. disp. 9. q. 3.* Deinceps, licet incorporalia non possint in partes secari semper: cur tamen † in species dividi nequeant? Videamus de divisionibus pacti.

† *Object.*

† *Respons.*

1.

I. MEMBRUM

De divisione pactorum ratione causæ efficientis.

In omnibus actibus, qui legitimè fiunt, duæ sunt efficientes caussæ: Generalis una; specialis altera. Specialis, Personæ, quæ agunt. Generalis & remota, Jus actũ ipsum comprobans. Jus enim omnium eorum, quæ fiunt † legitimè, caussa est efficiens generalis & principalis. Vulteius *in Ideâ juris Logicâ. p. 36. & libr. 1, Iurispr.*

2.

Rom.

Rom.c.26.n.4.& lib.discep.1.c.17.&c. Wesenbec. *in pr. Instit. de obligat.* Gœddeus *in tr. de contrah. stip. in pr. c. 2. &c.* Nec tamen idem jus in omnibus actibus agit. In aliis enim jus gentium prædominatur, in aliis jus civile. Sic etiam pacta quædam jus gentium confirmat & sustinet; quædam jus civile.

Cur non etiam naturale jus; inquies, † *Objectio.* quod homini cum brutis commune est? † Nimirum, quoniam pacta solis hominibus inter se sunt communia. Duo namque sunt veluti limites, juxta præclarissimum *Iustum Lipsium*, quibus hominem † à bruto disparamus, *Sermo* & *ratio*: quorum illequidem plerumq; ; hæc vero semper & omnibus pactis inest; propterea, quod sine ratione consensus esse non possit. † *Responsio.* 3.

Sunt igitur pacta quædam juris gentium, quædam juris civilis. *l. 5. §. 6. & 7. h. t.* † Quamvis enim Cujacius scribat, nulla pacta jure legitimo observari *in l. 1. de pact.* hoc tamen falsum esse probat l. 5. *de pact.* & demonstrabunt ea, quæ jam sequentur. † *Cujacius refutatur.*

† Nec vero distinctio destituitur utilitate suâ. Pacta † namque juris gentium si nuda sint, actionem non producunt: at 4.

verò pacta legitima sive nuda sint, sive nō sint, actionem semper pariunt, ut infra *in cap. de effectis pactorum* latius dicemus.

† *Pacta jurigentium quid?*

† *Pacta legitima quid?*

5.

† Sunt autem pacta jurisgentium, quæ juregentium subsistunt, & quibus efficaciam suam jusgentium tribuit. † Legitima vero pacta sunt, quæ lege aliqua quacunque subsistunt. Dico *lege quacunque.* Etsi namq; legitimum † propriè sumptum multo quam civile sit strictius; & nonnunquam id, quod *12.* tabb. subsistit, denotet, vel etiam, quod à populo, vel à principe fuit introductum. *arg. l. 7. §. 7. h. t. l. 1. in fin. Ex quib. caus. major.*: nonnunquam tamen latius sumitur pro jure civili *arg. l. actionum. in fin, de O. & A. l. 14. §. si glans. de præscript. verb. l. 1. si pars hæred. pet. l. 1. de hæred. petit. l. 1. in pr. Si quadrup. paup. fec. dic.*

Atque sic etiam sine dubio pacta legitima dicuntur in hoc loco, non ea solùm, quæ lege vel SCto confirmantur, sed & quæ alia quavis juris civilis parte. Robert. *lib. 3 not. ad not. Mercat. c. 9. pag. 927.* Vultejus *in pr. Inst. de obligat. n. 28.* Gœddæus *in tr. de contrah. stipul. c. 2. n. 26.* & quæ nos tractavimus *p. 2. tract. Iustin. disp. 6. th 15. lit. A.* ut illa duo, Lex & SCtum in l. 6. h. t. saltem exempli loco videatur esse posita. Quod exinde probari satis abunde potest; quoni-

quoniam in illa distributione, non legitimum & civile, sed legitimum, & id, quod ex jure gentium est, sibi invicem opponũtur. Tum enim legitimum aliud est quàm civile, quotiens huic opponitur. At vero si juri gentium opponitur, latius accipitur pro quovis jure civili.

† Sunt autem pleraq; pacta † jurisgentium; imò potius omnia, quæ non sunt legitima. Quapropter † de legitimis videamus.

† Quæ pacta juris g. *6.* *7.*

† Et quidem Jacobus Cujacius saltem duo pactorum exempla dari posse censet, quæ vel Lege, vel SCto confirmata fuerint antiquitus. † Primum ex ea lege: *si membrum rupit, ni cum eo pacit, talio esto.* cujus fit mentio in §. pœna. *Instit. de injur.* & apud Paulum *libr. 5. sent. tit. 4. §. injuriarum actio. Gell. libr. 20. Noct. c. 1.* Festum Pompejum lib. 28. ubi utrobique legem sic restituendam esse rectè docet cum Hottomanno, Cujacio, Pacio, Pratejo & aliis, Borchold. *in tr. de pact. c. 2. in secunda pactorum divisione. n. 4. & seqq.* Quod satis illa verba *in d. l. 20. c. 1.* Gellij Noctium indicant: *Sed quoniam acerbum quoq; esse hoc genus pœnæ putas, quæ, obsecro te, ista acerbitas est, si idem fiat in te, quod tute in alio feceris? præsertim cum habeas facultatem paciscendi, & non*

† Quæ legitima. *† 1. Exempl.*

 necesse

necesse sit pati talionem, nisi eam tu elegeris. Atque lectionem hanc imitantur etiam in editione Gellij Stephanus: licet Berold. Ferret. Mosellan. & alij vulgarem lectionem retinant. Vide etiam Hieron. Muscorn. *in tr. de jurisd. n. 58. 59. & 60.* Dictum est autẽ *pacit*, pro paciscitur, ab antiquo verbo *paco, pacis*, quod fuit in 12. tabb. pro quo sæpè *pago* substituerunt, ut illa in lege: *Rem ubi paguntor, ita ni pagunt, in comitio, ut in foro ante meridiem causam conjicito.*

† 2. Exempl. † Alterum exemplum ex alio, nimirum jam citato legis ejusdẽ loco desumptũ, de lite tractans, cujus verba etsi mẽdosa sint, & sicuti jam recitavimus, ex Cujacio restituantur: hæc tamen ipsorum ferè fuit sententia: *Uti rei inter se pacti essent, antequam in forum aut comitium venirent, ut ita jus esset,* Hotomanno recensente. Hæc duo Cujacius profert; eaque sola proferri posse, sicut dictum est, tradit.

Cujacius refutatur.

† 3. Exempl. Verum Borcholdt, & Hotomannus *in disp. de pact. n. 33.* producunt adhuc alia duo ex *l. 12. tabb.* confirmata pacta. Alterum quidem de furto jam admisso. *l. 7. §. Si paciscar. 14. l. 17. §. 1. h. t. l. si pro furc. de condiction. furt. l. 13. C. de furt.* Et agnoscit Cujacius alibi *lib. 10. Obs. c. 11.* Nam L. 12. tabb.

tabb. liber † homo, qui furtum fecit, ei addicitur, cui furtum factum est, ni quis pro fure damnum deciderit, id est, pactus fuerit. † Alterum de injuriis, de quo l. 17. §. 1. *h. t.* & l. 17. §. 5. *de injur.* 8. †4. *Exempl.*

† Adjicere nos solemus etiam quintum, pactum nimirum illud sanguinolentum, ex ea legis 12. tabb. parte, quâ æris confessi, ærisque debiti judicatus, ni cum creditore intra 30. dies pacit, id est, paciscitur, 60. dies in vinculis † retinetur, & tertijs nundinis capitis pœnas luit; aut si rei (Reorum nomine complectebantur actores antiquitus) sint plures, in partes secatur. Pro qua 12. tabb. lege, contra Phavorinum Philosophum multa disputat eleganter Sextus Cæcilius JCtus apud Gell. *d. lib. 20. Noct. Attic. c. 1.* eamq; refert Crispinus *in legibus 12. tabb. de jure privato, lege 34.* Forster. *libr. 1. histor. Rom. c. 22. n. 34.* Adde Ciceronem *pro Roscio Comœdo.* Plautum *in Pœnulo.* Vallam *libr. 5. Elegant. c. 28.* Postea tamen illa lex 12. tabb. primùm more publico; deinde lege Petilia Anno 427. tandem Diocletiani constitutione fuit abrogata, *l. 12. C. de O. & A.* Liv. *lib. 8.* Quintilianus. *3. c. 7. & lib. 5. & lib. 7.* ubi de addictis loquitur. Coras. *in libr. 3. Miscell. c. 18.* Forst. *libr. 1. hist. Rom. c. 26. n. 11.* †5. *Exempl.* 9.

Fr. Hottoman. *illustr. quæst. 26.* Guil. Forner. *lib. 1. select. c. 6.* Vide quæ diximus *disp. pand. 2. th. 4. lit. A.* Et hæc ferè sunt antiqua legitima pacta, nisi transactiones dicere malis.

† *6. Exempl.* Sed & Prætorum edictis pacta quædam sunt confirmata, † ut constitutum *l. 1. in pr. & tot. tit. de pecun. constit.* Vide omnino Govean. *libr. 2. Var. lect. c. 6.* Gœdd.
† *7. Exempl.* *in tr. de contrah. stip. c. 2. concl. 1. n. 2. & 3.* † Et hypotheca. *l. 1. l. si rem alienam. §. propriè de pigner. act. l. 17. § 2. ff. h. t. l. major annis. C. de pigor. §. item Serviana. Inst. de action.*

Sunt adhuc aliqua alia legitima pacta confirmata constitutionibus Princi-
† *8. Exempl.* pum † ut pactum dotis, *l. ad exactionem. & tot. tit. C. de dot. promiss.* De quo contro-
10. vertitur, an sit legitimum † pactum, an verò contractus innominatus? Donell. *libr. 12. comment. c. 4.* & ibid Hilligerus † pu-
† *1. Opinio.* tant, non producere civilem aliquam obligationem: & *in l. 10. C. de pact. n. 16.* Connan. *lib. 5. Comment. c. 3.* hanc non esse nudam conventionem, sed causam habere: quippe quod conventio synallagma vel causam habens, nō sit nuda, nec legitima, sed contractus innominatus. *l. 7. in pr. §. 1. & 2. De pact. l. 15. de præscript. verb.*

† *2. Opinio.* Communior tamen est sententia, promissio-

missionem dotis esse nudum & legitimum pactum. Fortun. Gartz. *in l. legitima. in 4. notab. de pact.* Coras. *in l. qui liberos. 19. in secunda parte, n. 78. & seq. de ritu nupt.* Cuno de pact. *lib. 1. c. 6. n. 43. & seqq.* Borcholdt. *de pact. c. 2. n. 23.* Dicunt enim Imperatores, qualemcunque promissionem dotis valere, licet stipulatio non intervenerit. Promissio verò vel pacto fit, vel stipulatione. *l. 7. §. 12. h. t.* Non intervenit autem stipulatio: Ergo pacto promissio facta fuit. Negandum autem est, quod hæc causa sit, si nuptiæ sequantur. Est enim conditio potius, cum ne ex stipulatione quidem dos debeatur, nuptijs non secutis. Et tamen omnis stipulatio causam habet, utpote contractus. Potest autem pactum quoque nudum esse conditionale. Et in plurimis articulis dotis causa pręcipua est, & privilegiata *l. ad exactionem & t. t. C. de dot. promiss.*

Etsi vero communiter putent â d. l. ad exactionem. recessum esse per novam constitutionem l. unic. C. *de rei uxor. act.* contrarium tamen eleganter demonstrat Corasius; utpote quod l. un. mulieri, l. ad exactionem. verò viro prospexerit. Vide Corasium *in l. qui liberos. n. 78. & seqq. de ritu nuptiarum.* Hotoman. tamen opinatur,

novo jure cum ex pacto nudo dos constituitur, esse contractum innominatum, qui præscriptis verbis actionem pariat. *per l. avia. 6. C. de jur. dot.* Hotomanus *in tr. de dotib. pag. mihi. 832.*

†9. *Exempl.* †. Secundò Pactum donationis. *l. si quis argentum. 35. §. fin. C. de donat. Nov. 162. c. 1.* de quo quid habendum sit, & quatenus interdum inter acquirendi dominij modos, nonnunquam inter contractus, & tandem inter pacta legitima referri debeat, prolixè alibi dissertavimus.

†10 *Exempl.* † Tertiò pactum de usuris dandis argentario. *Novell 136. c. 1.*

†11. *Exempl.* † Quartò pactum † de usuris frumenti, hordei, aliarumq; rerum fungibilium *l. 12. C. de Usur.* Cum enim constitutum fuisset, ut usuræ pecuniæ numeratæ non debeantur ex pacto nudo, sed saltem ex stipulatione *l. 3. C. de usur.*: Iccirco Imp. Alexander in rebus fungibilibus aliud recepit, & rescripsit: Frumenti vel hordei dati mutuô accessionem etiam ex pacto nudo præstandam esse. *d. l. 12. C. de Usur.* Cujus suæ constitutionis procul dubio hanc rationem habuit: Quod vini, olei, & frumenti, cæterarumq; rerum † fungi- 12.
bilium

bilium, non est perpetuò certum pretium, sed æstimatio & pretium subinde mutatur, locis temporibusq; varietatem afferentibus. *l. pretia.* §. *fin ad L. Falcid. l.* 17. *C. de usur. l. 3. de eo, quod cert. loc. Plin. lib. 33. c. fin.* Et hoc ipsum incertum & inconstans frugum pretium etiam efficit, ut majores stipulentur usuras † in frugibus, quàm in pecunia *l. oleo. 23. C. de usur.* Gothofred. *ad l 12. C. eod. t.* Borchold. *in d. divis. secund. pact. n. 32. & in tr. de usur. c. 3. n. 39. & c. fin. n. 26.* Clud. *de condict. c. 4. n. 68.* Duaren. *in tr. de usuris. c. 2.* Andr. ab Exea. *in tr. de Pact. n. 395 p. 16.* Quibus etiam addi potest illa ratio diversitatis, quâ Gœddæus utitur alibi *in tr. de contr. stip. c. 8. n. 52.* nimirum, quod pecunia numerata tanquam res sterilis omninò nihil ex se generet, ex aliis verò fungibilibus rebus aliquid accedere possit. Aristot. *libr. 1. polit. c. 9. & 7.* Dissentit tamen omninò Gœddæus *de contrah. stipul. c. 8. n. 52. p. 68.* ubi contendit hoc pacti genus non esse legitimum. Non enim, inquit, propterea continuò legitimum pactum est, quoniam Imp. aliquis de ejusmodi pacti effectu rescribit. Alioquin infinita pacta forent legitima. &c. 12.

† Hæc

†Refutatur Baro & Donellus. † Hæc ita docere malo, quàm ea, quæ Baronem secutus Donellus tradit *in d. l, 10. C.h.t.n.17.&seq.* Nec enim judicandi libertatem unquam vendidero, nec juro in
13. verba † Magistri. Nec ipse sic accipit pactum nudum, quemadmodum accipi debet.

† Objectio. † Nec etiam obstat, quod ait, usuras ex omnibus rebus odiosas esse maximè, non
† Responsio. favore sed odio dignas. † Nam hoc si planè verum est, de usuris verum est, non de Usuris fungibilium rerum. Et sæpè suadet ratio, cur aliud à communi regula recipiamus. Atque propterea Javolenus non immerito dixit, quod omnis definitio in jure sit periculosa. *l. 202. de* R. I. Definitio, id est, regula. *l. 1. de* R. I. *l.* 32. *De usur.* Coras. *ad l. 21. de legib. & in rubric. de servit. n. 10.* Mercer. *lib. 2. Opin. c.* 16. Philipp. Matth. *ad l. 1. de* R. I. *n. 25. &c.* licet aliter interpretetur Muscorn. *in tr. de jurid. n. 151.* Et verò specialitatis rationes allegavimus supra.

Sunt adhuc alia pactorum legitimorum genera, de quibus non satis constat, ut ait rectè Borchold. *d. loco. n. 34.* ex quânam juris civilis parte, an ex lege, Senatusconsultovè, vel aliâ factum fuerit, quod actiones pariant. Prius est in l. 30. *de Usur.* Posterius in l. periculi. 5. §. *1. & in l. in quibusdam. 7. de naut. fæn.*

Tandem

Tandem, quod mireris, ſunt etiam legitima pacta duo, quæ cauſam habent, id eſt, quæ non ſunt nuda pacta, ſed contractus, nimirum ij, ex quibus verborum & literarum obligatio reſultat. † Nam omninò nobis perſuaſum eſt, pactum legitimum, etiam civiles † contractus ſub ſe continere. † Quis enim dixerit, in hac harum legum ſerie contractus civiles non contineri? cum propoſitum certè fuerit compilatoribus, quasque conventionum & pactorum ſpecies in hoc ordine proponere & explicare. Neque verò negare quisquam poterit, omnino contractus civiles omiſſos hic & præteritos eſſe, ſi non in l. 6. h. t. ſub legitimis conventionibus, civiles contractus etiam continerentur.

† Civiles contractus ſunt legitima pacta. 14.

† 1. Ratio.

Accedit eò, quod nulla poſſit dari legitima † conventio alia, ſcilicet hodie, lege ſcilicet ſpecialiter ſumptâ, Senatusconſultove confirmatâ, ſi non contractus civiles nomine legitimarum conventionum intelligeres. Nam quas ſupra retulimus de membro rupto, de lite, de furto, de injurijs, de debitoribus non ſecandis; eæ ſi non Pauli, Juſtiniani tamen tempore pleræquè, imò omnes eſſe deſierunt.

† 2. Ratio. 15.

Conſtituendum igitur omnino, Paulum in d. l. 6. & cum eo Juſtinianum, qui

leges

leges Digestorum suas fecit, sub legitimis conventionibus, etiam civiles contractus complexos fuisse. † Nec verò potuerunt aliter. Cum enim contractus essent pacta. Pacta verò quævis vel juris gentium, vel legitima; idcirco, quoniam ij contractus non essent pacta juris gentium, necessario legitima pacta fuerunt. Quod contractus sint pacta, probavimus *c. 2.* probabimusq; *membro seq.* Quod stipulatio, & is actus, unde literarum oritur obligatio, sint contractus, & quod contractus civiles, satis evinci potest ex singulis ferè locis sub titulis hac de re positis in Institutionibus, Digestis & Codice, & ex ijs, quæ proponit Gœddeus *de contrah. stip. c. 1. & 2.* ac nosmet, *part. 1. tr. Iustinian. disp. 17. thes. 3. & 4.*

† 3. *Ratio.*

† *Contraria opinio.*

† Ab hoc tamen Dd. plerique, dicerem rectius, omnes turmatim recedunt, & nō secus atque grues sese sequuntur invicem, atque tradunt, in d. l. *6. h. t.* saltem nuda pacta legitima proponi, non etiam ea, quæ causam habent. † Quod vix est, ut admittere possim. Nam præterquam, quod sub appellatione generis (qualis est, si non legitimum pactum, certè vel ipsismet fatentibus, legitima conventio in d. l. 6. posita) singulæ quoq; species comprehensæ

† *Refutatur*

† regula-

† regulariter præsumantur. *l. si servitus. de Serv. Urb. prædior. l. Mævius. §. duorum. de legat. 2.* Donell. *ad l. 29. n. 3. C. de transact.* etjam in hujus tituli serie lex septimo loco posita refragatur, in qua non solum de pactis jurisgentium nudis, verum etiam de non nudis tractationē institutā fuisse, contextus ipse manifestò declarat. Inquient. 16.

† Non etiam ita declarat l. 6. † Respondebo, nimirum, quia nō fuit ita opus. Nam sive nuda sint, sive † non nuda pacta legitima semper pariunt actionem; at non ita pacta juris gentium. Nam si nuda sint, non pariunt actionem; si non nuda, pariunt actionem. Igitur meritò debuit inter pacta jurisgentium nuda & non nuda discrimen explicari. † *Objectio.* † *Responsio.* 17.

Quantum est verò, quod particulam confirmatur, quam in d. l. 6. reperire licet, urgent, & quidem tantopere, quasi saltem ea legitima pacta esse censeantur, quæ Lege confirmentur, non etiam quæ dentur. Subsumunt. At verò contractus civiles non confirmantur, sed dantur potius. † *Objectio.*

† Quantum, inquam, hoc est, si respondeas, primò: Confirmare, sæpè sumi, pro † dare; ceu Lexicographi scribunt, & nos alibi docuimus. † *Respons.* 18.

Deinde

Deinde contractus illos, ex quibus verborum & literarum oritur obligatio, à juris civilis parte non tam datos quàm confirmatos fuisse.

† *Objectio.* Nec moveat particula Lege in d. l. posita; ex qua sic argumentantur: Legitima conventio est, quæ lege aliquâ confirmatur, Senatusconsultove. At stipulatio non est ex Lege nec ex SCto, sed potius ex præscripto Romuli, ceu probat Gœdd. *in*
† *Respons.* 1. *d. tr. de contrah. stip. c. 2. concl. 2.* † Respondeo primò, legem *in d. l. 6.* positam, ita generaliter esse positam, ut etiam alias
19. † JurisCivilis partes in se contineat. Quod vel inde, sicut supra quoque tradidimus, probari potest; quoniam Lex jurigentium opponitur. Deinde, si nolis hoc ad-
2. mittere, dico totam illam particulam *Lege, Senatusconsultove*, exempli saltem loco, non restrictionis & adstrictionis causâ fuisse subjectam. Cum enim Paulus ab initio legitimam conventionem definiisset eam, quæ lege aliquâ (benè nota particulam, *aliquâ* generalem) confirmatur: tum subjicit: *Et ideò interdum ex pacto actio nascitur, vel tollitur, quotiens* (nimirum exempli loco) *lege vel senatusconsulto adjuvatur.* In eventum † etiam illud adjici pos-
3. set tertio loco, nondum omninò liquere, licet

licet magna præsumptio sit, ex præscriptis Romuli stipulationem originem sumsisse, num ex ijs, vel ex alia juris parte originem suam traxerit. Et quartò, quod, si maximè 4.
sit institutum Romuli, postea tamen à Decemviris cum alijs Romuli legibus in 12. tabb. fuerit relatum.

† Tandem objiciunt vers. Et ideo interdum ex pacto actio nascitur, *l. 6.* † Verum quid prohibet, quo minus *in d. l. 6.* pactum intelligamus generaliter, ut etiam contractus sub se contineat. Deinde si concedendum omninò sit, in illo versiculo non alia de re, quam de nudo legitimo pacto tractari: proposita tamen ab initio legis definitio, nihilominus contractibus civilibus tribui potest. † Unde constat, etiam contractus civiles pacta legitima à nobis rectè constitui. Dissentit Helfric. Ulr. Hunn. *in tract. de pactis, c. 2. q. 6.* Cujus argumenta tanti ponderis non sunt. Quamvis enim contractus civiles ex sese virtute propriâ pariant actionem, & differant † contractus & legitima pacta: Non tamen inde sequitur †, quod in d. l. 6. *de Pact.* nomine legitimæ conventionis non comprehendantur etiam contractus civiles.

† *Objectio.* † *Responsio.* † *Conclusio.* † *Instantia.* † *Responsio.*

Non obstat, quod *in l. 6.* excipiatur nu- † *Object.*

 dum

Deinde contractus illos, ex quibus verborum & literarum oritur obligatio, à juris civilis parte non tam datos quàm confirmatos fuisse.

† *Objectio.* Nec moveat particula Lege in d. l. posita; ex qua sic argumentantur: Legitima conventio est, quæ lege aliquâ confirmatur, Senatusconsultove. At stipulatio non est ex Lege nec ex SCto, sed potius ex præscripto Romuli, ceu probat Gœdd. *in d. tr. de contrah. stip. c. 2. concl. 2.* † Respondeo primò, legem *in d. l. 6.* positam, ita generaliter esse positam, ut etiam alias

† *Respons. 1.*

19. † JurisCivilis partes in se contineat. Quod vel inde, sicut supra quoque tradidimus, probari potest; quoniam Lex jurigentium opponitur. Deinde, si nolis hoc ad-

2. mittere, dico totam illam particulam *Lege, Senatusconsultove*, exempli saltem loco, non restrictionis & adstrictionis causâ fuisse subjectam. Cum enim Paulus ab initio legitimam conventionem definiisset eam, quæ lege aliquâ (benè nota particulam, *aliquâ* generalem) confirmatur: tum subjicit: *Et ideò interdum ex pacto acti nascitur, vel tollitur, quotiens* (nimirum exempli loco) *lege vel senatusconsulto adjuvatur.* In eventum † etiam illud adjici pos-

3. set tertio loco, nondum omninò liquere, licet

licet magna præsumptio sit, ex præscriptis Romuli stipulationem originem sumsisse, num ex ijs, vel ex alia juris parte originem suam traxerit. Et quartò, quod, si maximè 4.
sit institutum Romuli, postea tamen à Decemviris cum aliis Romuli legibus in 12. tabb. fuerit relatum.

† Tandem objiciunt vers. Et ideo interdum ex pacto actio nascitur, *l. 6.* † Verum quid prohibet, quo minus *in d. l. 6.* pactum intelligamus generaliter, ut etiam contractus sub se contineat. Deinde si concedendum omninò sit, in illo versiculo non alia de re, quam de nudo legitimo pacto tractari: proposita tamen ab initio legis definitio, nihilominus contractibus civilibus tribui potest. † Unde constat, etiam contractus civiles pacta legitima à nobis rectè constitui. Dissentit Helfric. Uir. Hunn. *in tract. de pactis, c. 2. q. 6.* Cujus argumenta tanti ponderis non sunt. Quamvis enim contractus civiles ex sese virtute propria pariant actionem, & differant † contractus & legitima pacta: Non tamen inde sequitur †, quod in d. l. *6. de Pact.* nomine legitimæ conventionis non comprehendantur etiam contractus civiles.

† *Objectio.* † *Responsio.* † *Conclusio.* † *Instantia.* † *Responsio.*

Non obstat, quod *in l. 6.* excipiatur nu- † *Object.*

E dum

dum pactum, *& ideo interdum ex pacto actio nascitur*; ex contractibus autem semper actio nascatur. Nam regula ex pacto † actionem non nasci jurisgentium est. *l. jurisgentium. 7. §. 5. l. 45. de Pact.* Huic exceptio subjicitur in l. 6. quod interdum ex pacto actio nascatur, nempe legitimo, sub quo contractus civiles complectimur.

† *Responsio.*

20. Quanquam etiam contractus † civiles, nō ex naturâ suâ proferant actionē, sed propter confirmationem. Nec enim ea ratione pariunt, quemadmodum contractus jurisgentium. Sicut ergo pactum legitimum, ita quoque contractus civiles, nituntur confirmatione. Saltem hoc interest, quod pactū legitimum non habeat causam: Contractus autē civiles habeant. Manet igitur adhuc, contractus civiles pacta legitima constitui posse.

MEMBRUM II.

De divisione pactorum ratione formæ.

† *Divisio.*

† Ratione formæ, sive essentiæ suæ, pacta tàm jurisgentium, quàm legitima, vel nuda sunt, vel non nuda. *l. 7. h. t. l. 15. de præscript. verb. l. 10. C. de pact l. 1. C. de pact. convent. l. fin. C. de rer. permut. & l. 1. C. eod*

Vaco

Vacon à Vacun. *lib. 5. declar. 67.* Versamur hic in re difficili. Quis enim non audivit Paulum Castrensem, perterritum subtilitate contractuum, & pacti nudi, exclamantem? Si Paulus Paravinus Ictus à mortuis resurgeret, hæc sibi maximum negotium facesserent. Angel. Mattheac. *de via jur. lib. 1. cap 6.* Nos videamus: † Quidnam, & quænam sint pacta nuda, & non nuda. Quamvis enim, ut magnus vir ait, hæc de pactis † nudis & non nudis disputatio, ad hæc tempora non multum, ad libros tamen juris intelligendos conducere videtur.

† Quid sint pacta nuda, & pacta non nuda.

21.

† Et quidem Accursius eumq; secuti Dd. reliqui, suaviter ad ridendum hic in limine præbent occasionem, dum pacta nuda sic accipiunt, ut iis opponantur pacta vestita: dumq; pacta vestita tradunt, aliqua nasci cum vestimento, ut Jobus ait, pelle & carne vestivit nos Dominus, & tamen cum his natus erat. Alia verò nasci quidem nuda, habere tamen vestimentum sibi approximatum; sicut unus puer exeundo de utero matris intret unum vestimentum. Vide Caccialup. *q. 6.*

† Opinio Dd.

22. Vestimenta † verò pactorum consarcinarũt alijs alij plura. Et ex recentioribus quidem Zasius *in Digest. ad titulum de pactis,*

 octo

octo vestimenta pactorum enumerat; nimirum Rem, Consensum, verba, cohærentiam contractus, Literas, Rei interventum, Executionis principium, & Legis auxilium. Addunt alij juramentum, ut videre licet apud Petr. Calæfat. *in pr. l.7 n.49. & seqq & ad §. sed cum nulla. ejusdem l.7.h.t. n.59. & seqq.* Roman. *consil. 67.* Et Alciatus non jurejurando solùm, sed & judicio vestiri pacta putat *ad l.130. de V.S.* Quidam etiam favorem militiæ addunt. Vide Panormit. *in cap.1. de pact. in addit. lit. a.* Quidam etiam ulterius progrediūtur; & cum consensum pactorum vestimentum esse tradidissent, atque tamen animadverterent, in omnibus pactis consensum inesse; respondent, subtiliter scilicet, consensum esse subtilem & tenuem, ac elegantem vestem; & ideo contractus ex natura sua calidos, & pingues hac levi veste, & tenui contentos esse; alias verò conventiones macilentas esse, & idcirco duplici pallio opus habere. Alij dicunt nimis anxiam & scrupulosam verborum curam non esse habendam, quod alioqui vix prudens ad ad senectutem perveneris, & esse hæc verba licet minus latina, magistralia tamen, usui servientia. Bereng. Fernand. *in l. pacta conventa. de contrah. empt. in 1. præfat.*

Hæc

Hæc & alia Dd. noſtri de veſtimentis †*Refutatur* pactorum tradunt, plerumque *in l. 7. D. opin. Dd.* *& l. 10. C. de pact.* †Quibus omnem con- †*1. Ratio.* tractuum & pactorum naturam evertunt; & contractus ac legitima pacta cum pactis jurisgentium nudis confundunt. Cōtractus enim vel re fiunt, vel verbis, vel literis, vel conſenſu. *l. 1. §. 1. l. diviſionis. de pact. l. 1. de O. & A. §. fin. Inſtit. de obligat.* Legitima verò pacta ſunt & manent nuda, ſicut inferius paulò demonſtrabimus. Sed & pacta cōtractibus adjecta; vel nuda †manent, vel fiunt certè contractuum partes. 23. *l. quod ſi nolit. §. fin. de ædilit. edict.* Unde & actionem quidem pariunt eam, quæ ex principali contractu dabatur. † Deinde † *2. Ratio.* conſenſus, cohærentia contractus, interventus rei, & rei promiſſæ initium, ne ſunt quidem pactorum veſtimenta, quemadmodum hoc eruditè demonſtrat Donellus *lib. 12. comm. c. 11. per tot.* Et nec ipſe Baldus agnovit omnia Dd. veſtimenta; ut teſtatur Calæfatus *dd. locis.*

† Tandem veſtitum eſſe, proprium † eſt † *3. Ratio.* hominis adjunctum, & de hoc propriè 24. prædicatur; quo monemur etiam de lapſu primorum parentum noſtrorum, ut pœniteamus. Transfertur equidem nonnunquam à Poetis, ad res inanimatas, montes,

gramen &c. sed imperitè transferatur ad conventiones & res cœteras, quæ dicuntur nudæ in usu juris: quoniam ibi nudæ dicuntur per metaphoram, quæ sunt solæ. Hinc etiã vox illa JCtis antiquis inaudita, & nunquam in libris nostris lecta. Alioqui dicant etiam vestitam voluntatam; quoniam alibi legitur nuda voluntas: dicant vestitam cõscientiam, vestitam indulgentiam, vestitam interrogationem, vestitum nomen, usum, consensum, &c. quoniam hæc singula nuda dicuntur in jure nostro & apud alios authores, ut habet Coras. *libr. 1. Misc. c. 1.*

† Authoris sententia. 25.

† Per metaphoram itaque volo existimes cum Corasio, dicta esse † pacta nuda, quod simplicia sint & sola ac sine causâ. Et nolo, ut sic loquaris cum Dd, ne unâ cum paritate loquendi veritatem etiam inepto rei vocabulo amittas, ut dicit Donellus *d. lib. 12. c. 11.* Adde Giphan. *de distribut. jur. th. 66. & seqq.* † Dicamus potius, nuda pacta multipliciter sumi in jure nostro; generalius & specialius, de quo Dd. *ad l. traditionibus C. de Pact.* Generalius; ut etiam contractus sub se contineant, quatenus nimirum nuda sunt à traditionibus, alijsve dominij conquirendi modis; quemadmodum in l. 20. *C. de pact.* accipi debere supra docuimus. *l. 1. de rer. permut.*

† Quid pacta nuda? 26.

mut. Specialius, quomodo volumus hic considerari; sine comparatione nimirum cum traditionibus. Et tum per pacta nuda debes intelligere, quæ nomen † non habent; & itē, quæ causam sive commercium non habent: sed quæ nudo, soloq; consensu perficiuntur, *l. 7. de pact. l. 1. de rer. permut. l. si tibi. C. locat. l. 15. de præscript. verb.* Breviter pacta nuda carent synallagmate: contractus nullus est sine synallagmate, ne quidem innominatus; ut inferius docebimus. 27.

† At Alexander tamen Fulgosium reprehendens asserit: nullum dari pactum sine aliquâ caussâ, puta, non dari pactum donandi, dotandi, sine caussa donandi, dotandive. † Sed occasionem irridendi sui præbuit juxta Mattheacum *lib. 1. de via jur. c. 6.* & propter hoc optimo jure invehitur in eum Æmilius Ferrettus: Non esse Alexandro navim credendam in mari Jonio, utpote cum in Rhodio naufragium fecerit. † *Objectio.* † *Responsio.*

† At quænam erunt pacta † nuda? Cujacius & ipsius asseclæ statuunt, omnia pacta, quæcunque ea sint, esse nuda; & non propterea, quod aliqua sint nuda, protinus alia etiam esse non nuda; cum etiam acuti dicantur morbi † *Quæ pacta nuda Opin. Cujac.* 28.

quidam, nec tamen ideo sint alij non acuti, sive obtusi. Cujac. *in l. 1. de pact. & libr. 2. Obs. c. 15.* & eum secutus Borchold. *c. 1.*
† Refutatur Duaren. *ad l. 1. de Pact. & libr. 2. disp. c. 8.* Bocer. *ad l. 23. c. 1. n. 7. de reg. jur.* † Sed labuntur iterum. Nam sicut aliquoties monstravimus, pactum nomen generalius est, etiam contractus complectens, sive pacta non nuda. Donell. *ad rubr. C. de pact. n. 4.* Wesenbec. *in parat. de Pact. n. 2.* Hottom. *libr. 1. Amicab. 81.* Robert. *libr. 2. sent. c. 19.* Gœdd. *ad l. 19. de verb. sign.* Hunn. *d. c. 2. q. 10. per l. 71. D. pro soc.* ubi contractus societatis nominatur pactum cōventum. *l. 10. C. de pact. l. 1. C. de pact. convent.* Et sequamur hic exemplum Marciani: Adje-
29. ctio, inquit, ista veneni † mali ostendit esse quædam & non mala venena. *l. 3. D. ad Leg. Cornel. de Sicar.* Ita nos de pacto cum Cl. Giphanio dicamus, eam adjectionem nudi Pacti ostendere, esse quædam & non nuda pacta; & acuti morbi fortasse rectius dicantur breves, de græco ὀξεῖς, quibus opponantur longi sive χρόνιοι. Hinc etiam arrhale pactum dicitur, *in l. 2. C. quando lic. ab emt. disced. ibi: secundum fidem pacti* quod alibi dicitur contractus arrharum, *l. 17. C. de fide instrum.* Vide plura exempla apud Henricum, Bocerum

in

in l. contractus. de R. I. pag. 45. Cujac. *lib. 11. Obs. c. 17.*

† Alius quidam magnus vir, & item alius, qui libenter ipsum sequitur, plus æquo nudis pactis ascribunt, & scribunt, etiam † emtionem, locationem, mandatum & societatem esse nuda pacta.† Contra quos solemus hoc modo disputare: 1. † Si emtio, locatio &c. sunt contractus, non sunt nuda pacta. Sed sunt contractus. Ergò non nuda pacta. Ratio connexionis; quoniam contractus pactis nudis è diametro solent opponi semper. *l. 7. h. t. l. 15. de præscript. verb. &c.* Assumptio probatur tot titulis, quot de istis speciebus reperiuntur in libris nostris. 2.† Pactum nudum non † est συνάλλαγμα, nec habet causam. Emtio locatio sunt συναλλάγματα, & habent causam. E. non sunt pacta nuda. Et propositionem & assumptionem probat *l. 7. de Pact.* 3.† Pacta nuda jurisgentium non pariunt actionem, *d. l. 7. §. 4. h. t. d. l. 15. de præscr. verb. l. 10. C. de pact.* Sed emtio locatio &c. sunt jurisgentium *d. l. 5. de just. & jur.* & tàmen pariunt actiones. *t. tt. de act. emti. cum similibus*: E. non sunt pacta nuda.

† 2. Opinio. 30. *† Refutatur* *† 1. Ratio.* *† 2. Ratio.* 31. *† 3. Ratio.*

† At inquient, emtio locatio &c. solo nudoq; consensu perficiuntur, nec rei tra-

† 1. Objectio.

 ditione

ditione quicquam habent opus, nec solennitate verborum; nec literis; *pr.* & §. *cum autem. 3. Inst. de emt. & vendit. l. 2. de contrah. emt. l. 9. C. de contrah. emt. l. 8. de peric. & comm. rei vend l. 1. de rer. permut.* &c. Erunt igitur utiq; nuda pacta, quippe quæ nuda voluntate & simplici consensu constant, nihilque conjunctum habent. Et est hæc quidem objectio non levis, sed ad quam λυτοὶ (sic legi vult Turnebus) fortassis obstupescant. † At respondebo tamen, pacta nuda consensu perfici, qui nec commercium vel negotium habeat: emtionem, locationem &c. perfici quidem etiam solo consensu nudoq;, sed tali, qui commercium negotiumve cõplectatur.

† *Respondeo.*

32. Et dicuntur † consensu solo perfici, quod rem vel literas, vel verba necesse non sit intervenire, uti hoc eleganter tractat Gisanius *ad l. 7. §. sed si cum nulla. 4. de Pact.* Quin autem amplius aliquid in emtione, locatione, mandato &c. quàm nudum placitum interveniat, non credo quenquam dubitare. Continent enim hi contractus causam negotiandi & commercium habendi, atque obligandi, Es ist eine Handlung / dardurch man Parthierung treibet. Vide Gœddeum *de contrah. stipul. d. c. 1. n. 33. & 36.*

† 2. *Opinio.*

† Alius etiam eruditissimus vir, pactis non

non nudis tribuit legitimum donationis pactum; propterea quod lege confirmetur & actionem pariat. *l. 7. §. 4. de pact.* † Sed alij tamen omnia legitima pacta dicunt esse nuda; nec propterea fieri non † nuda, quod lege confirmentur, vel actionem pariant. Sic enim Gœddeus de donationis pacto scribit *in tr. de contr. stip. c. 1. n. 59.* Quamvis enim actionem legitima pacta pariant: attamen propterea neutiquam debent dici non nuda. Non enim propterea causam commercij cœperunt habere, sed adhuc nuda sunt. Sic Cujacius: Etiam legitimum pactum esse nudum. *libr. 11. obs. c. 17.* & idem Cujacius *ad l. 6. ff. h. t.* Hæc pacta legitima quidem non nuda esse arbitrantur, quod subruitur argumento pollicitationis nudæ de dote, quæ licet constitutionibus confirmetur, nudæ appellationem non amittit. Sic Hubert. Giphan. *in comm. de divis. jur. c. 68.* Sic & legitima pacta sunt nuda. Ange. l Mattheac. *lib. 1. de via jur. c. 6.* Pactũ legitimũ est, quod cum per se sit nudum, auxiliũ tamen sortitur a lege, ut vigorem sumat, & actionem pariat. Et Joh. Borcholdt *in tr. de pact. c. 2. in 4. pactorum divis. n. 5.* Quin imo pacta quoq; quæ cõtractibus adjiciũtur, & illa, quæ legitima vocantur, nuda sunt. Vulteius *in pr. Inst. de oblig. n. 38.* De his pactis

† Repud. 33.

(egerat

(egerat autem de nudis) pleraq; juri civili sunt incognita: pauca admodũ facta sunt legitima. Hugo Donell. *ad l. 10. C. de pact. n.14.* Et quidem pacta nuda quædam jure civili confirmantur, etsi maximè non valeant jure gentium, quæ appellantur legitima. Sic etiam Cludius: Pacta nuda sunt duplicia: alia jurisgentium, alia legitima. Pacta nuda jurisgentium actionem non producunt; pacta nuda legitima producunt actionem. *de condict. c. 4. n. 67.* Bocerus *in l. contractus. de Reg. jur.* Ignoscant igitur nobis, si non propterea, quod pacta legitima pariunt actionem, dicamus esse non nuda.

† *Objectio.* Dixerit † fortasse quispiam rectius, propterea donationem esse pactum non nudum, quod nomen satis elegans habeat.

† *Respons.* Sed tamen ego † libentius credidero, nudas etiam conventiones aliquas nomen habere, sicut constitutum & hypotheca.

Deinde loquitur de donationis conventione, non de ipsa donatione. Donell. *libr. 12. Comm. c. 10. p. 34.* Gifan. *d. comm. th. 73.* Et constat igitur, & ita constanter docemus, pacta nuda esse, 1. quę nomen certum & proprium non habent. *l. 7. in pr. de pact. l. 1. de rer. permut.* 2. quæ non habent causam sive negotium. *d. l. 7.* §. 4.

§. 4. *&c.* Donell. *in l. 10. h. t. n. 13.* Et talia pacta esse quævis alia præter non nuda. † *Quid sint Pacta non nuda.*

Videamus, quid quæq; sint pacta non nuda. † Quidnam autem sint pacta non nuda, tum scire poterimus, si prius sciverimus, quidnam sint contractus. Hæc enim nihil † sunt aliud non nuda pacta, 34. quam contractus. † Neque verò quid *Quid sit cōtractus.* sit cōtractus, difficultate caret. † Primum enim dicit Cujacius *ad l. 52. de V. O.* con- † *Objectio.* tractus formam certam † dari non posse: 35. quod si verum, vel omnino generaliter & perpetuo verum esset, contractus vix definiri queat. † Sed rectè Gœddeus monuit † *Respondetur & explicatur.* *ad l. 19. de V. S. n. 23.* Cujacium ibi formam sumere non pro forma essentiali, sed pro forma accidentali, id est, de lege contractus. Hinc nemo ferè Dd. dubitat, contractum definiri posse.

Verùm, utrùm in jure nostro definiatur, & ubi definiatur, nondum omninò constat. † Sunt, qui definiri contractum † *1. Opinio.* in jure negent; † & utrum definiatur, tum † *Refutatur.* facilè deprehendi potest, si prius declaratum sit, ubi definiatur contractus. Inquiramus igitur, ubi † contractus definiatur 36. in jure.

† Communis autem, & recepta con- † *Opinio* clusio, definiri contractum? † in l. Labeo *communis.*

de V.

†Explicatio *de V. S.* ubi Labeo † definit, contractum *l. 19. de V. S. 37.* esse ultrò citroq; obligationẽ, quod Græci συνάλλαγμα vocant; veluti emtionem venditionem, locationem conductionem, societatem. † Cum tamen animadverterent aliqui, definitionem illam nimis strictam esse; & mutuo, stipulationiq; non competere, quod hi contractus non sint συναλλάγματα δίπλευρα, id est, ultrò citroque obligatorij, sed saltem ex una parte, varia sunt iterum commenti.

†Objectio.

†1. Opin. † Quidam enim docebant, contractum *in d. l. 19.* propriè definiri. Mutuum verò & stipulationem & alia μονόπλευρα συναλλάγματα propriè contractus non esse. Atque præter alios interpretes, ita quoque Cujacius *ad l. 7. h. t.* & Corasius *in l. frater. de condict. indeb. n. 11.* † Sed nosmet contra disputavimus, mutuum ac stipulationem veros, ac proprios contractus esse, *part. 1. tract. Iustin. disp. 16. quæst. 11. & disp. 17. quæst. 3.* & ante nos etiam clarissimi viri, Hermannus Vulteius & Johan. Gœddeus argumentis tãm nervosis contrariantium argumenta confutarunt, ut incivile judicem, quicquam doctissimorum virorum, doctissimis traditis addere: sufficiat vos ad ipsos remisisse. *Vide Vult. ad pr. I.*

†Refut.

ad pr. I. de Obl. n.32. Gœdd. *in d. l.19. de V. S. à n. 17. usq; ad n. 43. & in tract. de contrah. stipul. c. 1. conclus. 3.*

† Sunt deinceps qui definitionem *in d. l. 19.* positam hac ratione conantur excusare, quod sit ab effectu desumpta. Guibert. Costan. 1. *Quæst. memorab. quæst. 8.* † quod tamen ipsum tum nihil ad rem facit, tum abunde refutatur à Gœddeo, *dd. locis.* quod Logicorum regulæ naturæque placita, definitiones † ab effectu desumptas non probant. † 2. Opin. 38.

Albert. Bolognet. *de verb. Obligat. c. 6.* † Contractum, non in masculino genere substantivè positum, hic definiri tradebat; sed in neutro, pro eo, quod contractũ est. Quæ legis illius interpretatio maximopere juvari videtur relativo pronomine Quod, in neutro genere posito. † Propterea tamen arridere nostro palato non potest, quod id, quod contractum est, nihil sit aliud, quàm ipse contractus; & quod Græcum illud † συνάλλαγμα contractũ cum caussa denotet; & tandem, quod exempla, quæ subjiciuntur, emtionis venditionis &c. eam enervet. † 3. Opin. † Refut. 39.

† Doctissimus vir paulo legem interpretatur aliter, existimans, Ulpianus verissimam omnis contractus tradere defini- † 4. Opin.

definitionem, à genere subintellecto; & forma, , qua facilimè distinguatur ab alijs. Atque proinde verba ULTRO CITROQ;, non ad obligationem esse referenda, sed ad subintellectum genus, nimirum ad pactum sive conventionem; ut hic circiter sit ejus loci sensus, contractum esse (subintellige conventionem) ultro citroq; (id est, negotium sive caussam habentem) obligationem (scil. producentem.) Quod autem illa verba ULTRO CITROQ; nihil aliud denotent, quam causam sive negotium habere, probare vult ex l. *19. mandat.* *§. 2. Inst. de obligat. quæ ex q. contr. ex l. 6. §. rationem. de edend. l. 7. de pact.* quibus addi possunt *l. 2. de negot. gest. junctâ l. 5. in pr. de O. & A.*

† *Rejicitur.* Sed ut cum præclarissimi viri dicam bonâ veniâ, hæc *illius Legis* interpretatio mihi dura nimis videtur, propter crebras 40. † ellipses, quæ certè sine magno vicio non possent in definitione committi, quod definitio prodita sit, ut rem explicet & non intellectam, intellectam faciat; quod hoc modo vix fieret. Tum adductæ LL. non probant, ULTRO CITROQ; nihil aliud esse quam causam & negotium habere. Nam quod *in l. 19. mandati*, dicitur actio mandati ultro citroq; esse, nihil aliud est, ac si dice-

si diceret, ex utraque parte competere; nimirum tàm mandatori, quàm mandatario; illi directam, huic contrariam. Idem de actione negotiorum gestorum dicitur: & quod dicitur *in l. 2. de negot. gest.* Ultro Citroq; id dicitur *in l. 2. de O. & A.* invicem, & ex utroq; latere, in l. 6. §. 4. *de de negot. gest.* In l. 7. *de pact.* verba illa Ultro Citroq;, non habentur. In l. 6. §. *rationem. de edend.* planè contrarium reperitur. Ibi namque ratio definitur negotiatio (Mstus legit negotiorum confectio) ultro citroq;, id est, ex utraque parte, non contractus; & prædicantur ibi verba, Ultro Citroq; non solùm de obligationibus sive contractibus, sed etiam de solutionibus, quibus obligationes perimuntur. Addantur huc ea, quæ satis eleganter è Classicis scriptoribus & Juridicis congessit Tiraquellus *de retract. lignagier.* §. 1. *gl. 2. n. 69. pag. 171.* Accedit eò, quod interpretatio Cl. viri, definitionem Labeonis abundantiæ vicium incurrere, faciat. Si enim Ultro Citroq; nihil aliud esset in *in d. l. 19. de V. S.* quàm caussam sive negotium habere; frustra certè & abundanter Labeo poneret obligationem: cum eo ipso, quod conventio causam habeat sive negocium, satis sciamus, eam obligationem parere.

F †Quæ

†Refutatur Cujac. † Quæ caussa fecit, ut non immerito Vulteius *in d. pr. Inst. de oblig. n. 33.* reprehenderit Cujacium, nimirum ita contractum definientem, quod sit conventio & negotium, ex quo obligatio contrahitur. Supervacuè enim, inquit Vultejus, apposita sunt verba ista, EX QUO OBLIGATIO CONTRAHITUR.

†Theophilus improbatur † Quæ ipsa quoque caussa fecit, ut Theophilus fuerit notatus à Donello *ad l. 1. de rebus credit. n. 6. & libr. 12. Com. c. 6.* quando nimirum Theophilus contractum definit *in § fin. Inst. de Oblig.* duorum pluriumve in idem conventionem & consensum, ad constituendam obligationem, & ut alter alteri fiat obnoxius.

† Sententia Donelli & authoris. † Verissimum igitur semper judico, quod Hugo Donell. *ad d. l. 1 de reb. credit. & Vult. ad d. pr. Inst. de Oblig. n. 32. & seq.* docent † cōtractum à Labeone non esse definitū, nec
41. ex natura suâ, nec ex proprietate verbi, nec ex usu juris auctorū. Nam & mutuum, & stipulationem sub se comprehendit, ex naturâ suâ, & ex usu juris auctorū. Et proprietas vocabuli ea est, ut dicamus rem contrahere cum aliquo, pro efficere simul cum eo, ut rem cum illo constitutam habeamus, quæ antea nulla erat cum eo. Cōtrahere enim † propriè est, rem, quæ disje-
42. cta dispersaq; erat, cogere, & veluti in unū adduce-

adducere. Unde illa, contrahere cohortes, contrahere aliquò omnes copias. Vide Donell. *ad l.1. de reb. cred. n. 11.* Quid est igitur, quod hic definit Labeo contractum &c? Nimirum tradit, & declarat mentem Prætoris Urbani, viri Clarissimi *l. 1. § 2. de reb. cred.* cujus edictum interpretabatur. Cum enim Edictum Prætoris ita conceptum fuisset, ut legitur apud Cujaciũ *in explicatione ejusdem Legis: Quod metus caussa gestũ erit; quod dolo malo factum seu gestum esse dicetur; quod cum his actum contractumve sit; qui quæve posteà capite minuti minutæve esse dicentur; quod falso tutore auctore gestum esse dicetur, & si in his omnibus actor, quod gestum sit, ignoraverit, in integrum restitutionem dabo*; hæc autem verba, *actum, contractum gestum*, in Edicto conjuncta legerentur, non otiosè certè, sed ex instituto loquentis, hæc ex eodẽ instituto Labeo sagax verborũ indagator interpretabatur.

Et ACTUM quidem ita sumsisse Prætorem declarabat, ut non tantum contineret, si quid consensu ageretur, sed etiam, si verbis, vel re. Verbum autem CONTRACTUS usurpaverat Prætor urbanus specialiter, pro eo contractu, qui ex utraq; parte pareret obligationem. Restrinxerat igitur Prætor urbanus hoc vocabulum, ad certam speciem, ab usitatà & generali 43

 signifi-

significatione; adeò ut cum sub hac etiam ij contractus continerentur, qui saltem ex una parte obligant, Prætor urbanus hos potius ad actus referret, & contractus naturam eis denegaret. Nec in jure nostro hoc est infrequens, ut nomen generis, de certa quadam specie ex mente legislatoris intelligatur. Constat igitur, Labeonem dixisse ex mente Prætoris urbani, contractum obligationem, id est, factum obligandi; sicut etiam in l. 20. *de judic.* Donell. *libr. 17. Comment. cap. 14. pag. 56. & ad Rubr. de reb. credit. n. 18.* quod idem est, ac si diceret conventionem, quæ obligationem parit, Ultro citroq;, id est, ex utraque parte.

† Objectio. † At, quid hoc ad Ulpianum, inquies? † Respons. † Nimirum is cum *in lib. 11. & 12. ad edictum* ageret de restitutionibus in integrum non modo minorum, ut plerique volunt; verum etiam aliis quibusvis, ut patet *ex l. 1. de restit. in integr. ex l. 1. 3. 5. 7. 9. 12. 14. 16. & 20. Quod met. caus. gest. erit, ex l. 1. 3. 5. l. 7. l. 9. l. 11. 13. 15. 17. 21. 24. 29. & 30. de dolo malo. ex l. 1. 3. 5. 7. 9. 13. 16. 18. & c. de minoribus. ex l. 2. de cap. minut. ex l. 1. & reliquis sub tit. Ex quib. caus. major.*; & verò animadverteret, in edicto de restitutionibus, non solùm reperiri verbum gestum, sed & actum & contractum, uti probari potest ex

ex l. 1. *Quod met. causs. ex l. 1. de dolo mal. ex l. 1. de minor. ex l. 2.* §. 1. *de cap. minut.* idcirco debuit hæc explicare. Nec verò debuit aliter, quàm Prætor illa quomodo sumserit. Quomodo verò sumserit Prætor, tradit Labeo; ut mirer, Duarenum alicubi scriptum reliquisse, Ulpianum Labeonis sententiam non comprobare; fortasse propterea, quod idem Ulpianus *in eod. lib. 11.* gestum sic accipiebat, qualiter qualiter sive contractus sit, sive quid aliud contigerit, *l. 7. de minor.* Quasi hæc Prætor, quæ in edicto distinxerat, quoad effectum restitutionis in integrum, non ipse conjunxisset?

Ex quibus jam effectum est, ut putamus, contractum in d. l. 19. *de V. S.* non definiri. Nam quod Bellonus, Freherus, & alij reponunt, huc nihil, ut ego quidem puto, pertinet.

† *Alia opinio refutatur.*

† Nec tamen propterea sequitur, quod alius quidam etiam præclarus vir *in l. 23. de R. I. c. 1.* existimat; contractum in jure plane non definiri. † Nam pro certissimo constituendum est, definitionem contractus in jure reperiri; atque quidem in l. 7. *de pact.* in l. 15. *de præscript. verb.* † Cum enim *in pr. l. 7.* dictum fuisset, jurisgentium conventiones quasdam actiones pare-

† *Author docet ubi contractus in jure definiatur.*

† *1. Ratio.*

 re,

re, quasdam exceptiones. Et vero *in* §. *1*. ſubjectæ fuiſſent conventiones jurisgentium nominatæ, quæ pariunt actiones, utpote de quibus non eſſet dubium, an in ſe cauſam habeant: tum ſubjicitur *in* §. *2*. Sed & ſi in alium contractum (id eſt, nomen contractus. Nam hoc §. antecedens evincit.) res non tranſeat: ſubſit tamen cauſſa, eleganter Ariſto Celſo reſpondit, eſſe obligationem. (id eſt, contractum, qui producat obligationem efficacem, ſive factum obligandi *d. l. 20. de judic.* Donell. *d. libr. 17. com. c. 14. & ad l. 1. de reb. cred. n. 18.*) Unde conſtat, ſive nominatus contractus ſit, ſive non nominatus, ſuffi cere; ſi cauſam aliquam in ſe habeat.

† *4. Ratio.* † Quam interpretationem etiam juvat §. 4. *ejusd. l.* ubi dicitur: ſed cum nulla ſubeſt cauſa propter conventionem, hic cōſtat non poſſe conſtitui obligationem. Igitur nuda pactio, &c. Ex quo textu manifeſto conſtat, contractū à pacto nudo causâ diſtingui, ut ait Vultejus *ad d. pr. Inſtit. de oblig. n. 36*.

45. Erit igitur contractus † conventio l. 7. in pr. cauſam habens, §. *1. 2. & 4. ejusd. l. 7*.

Sed expreſſius adhuc definitur in d. l. 15. *de præſcript. verb.* † Cum enim eſſet ibi quæſtio, nū actio competat ei, cui quis pactus fuiſſet, ut ſi indicaſſet ſervum fugitivum,

† *5. Ratio.*

vum, apprehenſusq́; eſſet, certum aliquid daretur? Reſponſionem ſuam concinnat Ulpianus è definitione, tanquam immobili & inevitabili principio. Conſtabat enim ex pactione nuda non produci actionem. *l. 7. §. 4. de pact.* † Conſtabat iterum, ex pactione non nuda produci actionem. *d. l. 7. de pact. l. 10. C. eod. l. fin. C. de rer. permut. &c.*

Demonſtrat igitur Ulpianus, hoc pactum eſſe non nudum, & quidem demonſtrat è definitione; quod nihil diverſitatē † rerum magis explanet, quam diverſitas definitionum. Inquit igitur, conventio iſta non eſt nuda, ut quis dicat, ex pacto actionem non oriri, ſed habet in ſe negotium aliquod. Ergo civilis actio oriri poteſt, &c. 46.

Dicit Ulpianus hoc pactum eſt non nudū: Ergo parit actionem. Quod non ſit nudum, probat ex definitione. Nam pactum nudum eſt, quod in ſe negotium non habet. At, inquit: hoc pactum habet in ſe negotium. Non igitur eſt pactum nudum. Erit igitur contractus. Atqui propterea definiri debet contractus conventio ſive pactio habens in ſe negotium. Conſentit l. 33. *de condict. indeb.* & alij textus, quos jam non induco; quoniam definitionem conſtituere contractus, agnoſcimus alterius eſſe loci.

 † Dein-

† Quid sit negotium sive causam habere. 27.

† Deinceps videamus, quidnam sit, negocium in se sive caussam habere. Et rectè dicit Gœddeus, nihil aliud esse, quā quod † negotium sive quæ causa conveniendo fiat ultrò citroq;: hoc est, utrinq; hoc animo, ut idipsum, non aliud commercij sit negotium, vulgariter, welches eine Handlung / Parthierung vnnd Kummerschafft auff vnd an sich treget. Et internoscitur inde, si commercium ad usum vitæ necessarium esset, & proprium nomen haberet; vel etiam, cum is, qui promisit, prius accepit, ut daret, faceretvè. Nam & caussa sive negotium consistit in dando vel faciendo, vel in utroque simul.

Cum causa futura subest, veluti, ut aliquid fiat aut detur; tum, quia negotium geritur, contractus est, Hotom. *ad l. 7 C. de pact.* puta, si quid datum aut factum sit, & lex traditioni vel facto dicta, ut vicissim quid nobis detur aut fiat. *d. l. 7. de pact. l. 15. de præscr. verb. l. debitori. l. si pascenda. C. h. t. l. in traditionibus. ff. h. t. Donell. ad l. 10. C. de pact. n. 11.* Obligationum namque substantia non in eo consistit, ut aliquod corpus nostrum fiat, aut servitutem nostram faciat, sed ut alium nobis obstringat ad dandum aliquid, vel faciendum vel præstādum. *l. 3. in pr. de O. & A.* Sic in mutuo teneris ad reddendum id, quod tibi dedi

mutuo

mutuo. Necessarium igitur est, ut prius tibi dederim, tu acceperis. Illa ipsa datio est negotium. Quid enim, si convenerit saltem de pecunia mutuo danda, neque pecunia numeretur? Quoniam nulla subest caussa, saltem est pactum nudum.

Eadem est ratio in venditione. Si enim vendo tibi fundum, est contractus; quoniam intervenit caussa sive negotium, sive commercium ad usum vitæ necessarium, quod nomen habet; & a facto venditionis, datôve pretio, vel tradita re vendita, jam sumsit initium. Si dico, me tibi venditurum, non est contractus, sed saltem pactum. Vide Vultejum *ad d. pr. Inst. de Oblig. n. 37.* Donell. *ad d. l. 10. C. h. t. n. 41.* Gœdd. *de contrah. stip c. 1. n. 29. & seqq.* Differt enim plurimum promissio † de vendendo, ab ipsa venditione *l. in bonæ fidei & ibi gl. & Dd. de eo quod certo loc. l. amplius. Rem ratam haberi.* Sicuti pactum divisionis, aliud est ab ipsa divisione. *l. cum proponas. 21. C. de pact. juncta l. cum pater. 77. §. hereditatem. de legat. 2* Promissio de vendendo, pro venditione non habetur: neque promittens ad tradendum cogi potest. Jason *in d. l bonæ fidei. 7. de eo quod cert. loc. n. 3.* Hinc Boerius: Si quis, inquit, alicui rem suam ad longum tempus locave- 48.

rit, & eidem illam postea vendere promiserit, quod per talem promissionem non fuerit facta alienatio nec purè, nec condicionaliter. *Decis. 48. Tessaur. decis. Pedem. 233. n. 1. & seqq* Petr. Anton. de Petr. *in tr. de fideicomm. q. 8. n. 134.* Alexand. *vol. 4. cons. 121. n. 5.* Fab. de Monte *in tr. de emt. 5. q. princ. n. 53.* Vultejus *tom. 2. cons. Marp. 24. n. 13. & seqq.*

† *Quænam sint pacta non nuda.*

Restat ut videamus ultimam hujus nostri membri partem: † Quænam sint pacta non nuda? Constare verò cuivis facilè potest ex ijs, quæ jam dicta sunt, omnes contractus esse non nuda pacta, quotquot reperiantur in jure nostro, sive sint veri, sive quasi, sive sint jurisgentium, sive juris civilis; sive sint nominati, sive innominati: sive bonæfidei, sive stricti juris: vel quocunque tandem modo nomineve reperiantur.

49. Caussa enim sive † negotium constat nomine, re, ac vicissitudine obligationis. Re, veluti in mutuo: vicissitudine obligationis, velut in emtione. Neque enim emtor venditori nuda voluntate obligatur, sed quia vicissim ipse venditor obligatus est Vide Menoch. *cons. 92. per tot.* Exempli loco, non nuda pacta sunt; mandatum, negotiorum gestio, stipulatio: do ut facias: mutuum, emtio, de quibus modò dictum. &c.

III. MEM-

III. MEMBRUM

De Divisione pactorum, ratione finis.

Ratione finis, vel si mavis objecti, pacta vel in rem sunt, vel in personam, vel mixta. † In rem sunt, quando generaliter paciscimur sine personæ notatione; veluti si paciscar, ne petam. † In personam, cum alicujus persona nominatim determinata est; veluti, ne ego Valentinus petam à Johanne. Et hæc duo pactorum genera recẽsentur *in l. 7. §. 8. h. t.* de quibus Mollerus *p. 2. Const. Elect. 37. n. 7, & seqq.*

† *Pacta in rem.*

† *Pacta in personam.*

Objectio general. 50.

Sed videamus, ne tertia species prætermissa sit. Sunt enim mixta quædam † pacta, quæ ex una parte sunt in rem, ex altera in personã: veluti ne à Johanne petatur. *l. qui in futurum. 57. de pact.* Hotom. *in d. disp. de pact. n. 15. & libr. 1. Amicabil. resp. 26.* Dissentit Hun. *6. 2. q. 17.* † Nec est infrequens in jure nostro, speciem illam, quæ ex duabus quasi commiscetur, non recenseri in loco principali, sed in alio remotiori. Sic enim actionum quoque duo genera instituuntur *in §. 1. Inst. de actionib.* nimirum in rem, vel in personam: mixtæ vero subjiciuntur demum *in §. 20. ejusd. tit.*

† *Responsio.*

Sic

† In dando consistere dicuntur quædam. Sic stipulationum quædam in dando consistere dicuntur, quædam † in faciendo. *l. 2. in pr. de V. O.* & tamen reperiuntur etiam mixtæ, sicuti notat ibidem Gothofredus.

51. Est autem hæc facti quæstio, utrum pactum † in rem sit vel in personam. *d. l. 7. §. 8. vers. utrum autem in rem. h. t. l. sicut. §. debitori. Quib. mod. pign. solv.* id est, pendet ex eo, quod paciscentes facere voluerint; utrum voluerint in rem pacisci, an vero in personam. Nec enim ex eo, quod persona pacto inseritur, pactum illico personale dicendum est. Interdum enim persona pacto exprimitur, non ut personale pactum fiat: sed ut constet saltem, cum qua persona pactum sit initum. *d. §. 8.*

52. In dubio tamen reale † pactum esse præsumitur. *l. 9. de probat. l. veteris. 13. C. de contrah. & comm. stip.* eleganter Borchold. *in d. c. 2. in tertia part. divis. n. 21. & 22.* Gœddeus *de contrah. stipul. c. 9. concl. 7. n. 158. & n. 165.* Cæterum non est hæc distinctio sine suo quoque commodo; quemadmodum inferius latius videbimus *in c. de vi & effectu pactorum.* & tractant latè Borcholdt. *in d. divis. tertia pact.* Cujac. *libr. 8. obs. c. 2.* Hottoman. *libr. 1. Amicab. resp. 15.* Moller. *dict. loco.*

IV. MEM-

IV. MEMBRUM

De Divisione pactorum ratione subjecti.

Ratione ſubjecti diſtribuuntur pa-
cta, quod alia ſint publica, alia privata.
Diſtinctio fundata eſt in l. 5. *de Pactis*, & i-
bidem Duarenus Anton. Faber, & alij Dd.
comm. Dicimus, autem hanc diſtributio-
nem à ſubjecto eſſe. Publicæ namq; con-
ventiones ſunt, non quæ ineuntur ab ijs,
qui publicis rebus præſunt: ſed quæ ſta-
tum † rerum publicarum reſpiciunt; ſic- 53.
ut etiam jus publicum eſt, quod ad ſtatum
rei Romanæ ſpectat. Vincent. Cabot. *lib.*
2. diſp. 10.

Diſputare verò ſolent hoc loco quaſ-
dam elegantes quæſtiones; Quarum pri- *Quæſtio.*
ma ſit: An † duces belli, qui alterius † au- 54.
ſpicio bellum gerunt, paciſci cum hoſti- † *1. Opinio.*
bus poſſint? Duarenus diſtiuguit: An du-
cendi tantum, & regendi exercitus cura
ei demandata ſit, an verò plena & libera
rerum omnium poteſtas cõceſſa; ad hunc
effectum, ut priore caſu nequeat, poſteri-
ore poſſit. *arg. l. procurator cui generaliter.*
58. & ſeqq. de procurat.

Giſan-

† 2. Opin. Gifanius & alii † quidam existimant, licitum esse cum hoste pacisci, pacem autem inire non licere. Nam belli paciscendiq; jus penes summum imperium remanet. 55. Ea namq; quæ speciale † mandatum desiderant, non transeunt in generali concessione. *c. qui ad agendum. de procurat. in 6. l. obligatione generali. de pignorib.* Nominatim id igitur ei tributum esse oportet, si pacem cum hostibus inire velit. Sicut in assignatione Crasso Pompejoq; facta videre licet. Dion. *lib. 39.* Dionys. *lib. 8. & lib. 9.* Nisi enim populus jussisset, fœdere Romani non obstringebantur. Sed nec apud Græcos aliud jus obtinuit, teste Thucydide *lib. 5.* Et quemadmodum Procurator, qui transigendi potestatem non habet, diem solutionis prorogare nequit. *l. qui Romæ. §. Callimachus. de verb. oblig.*: ita pariter neque dux belli, cui pacis ineundæ arbitrium commissum non est, pacem vel inducias facere nequit. Breviores tamen inducias concedere poterit, vel ut obsessi deditione consilium capiant, vel ut ad Principem mittant, vel denique ad sepeliendos occisos. Cabot. *d. lib. 2. c. 15.*

Quæstio. Amplius quæritur, & valdè quidem controversum est, An fides hosti, vel latronibus vel hæreticis data sit servanda?

Constans

Constans autem Jureconsultorum est sententia, fidem his datam servandam esse. Fides enim, ut alicubi Seneca scriptum reliquit, sanctissimum † humani pectoris 56.
bonum est. Et fides aut non danda, vel si data fuerit, servanda.

Quoniam autem singula difficultate non carent, de singulis ordine videbimus. 57.
Et primo quæritur: An fides † hosti 1. Opin.
sit servanda? I. opinio Affirmativa. Bronch. *cent.1.ass.21.Hotom.ill.quæst.7*. Duar. *ad l.1.D.h.t.* Bodin. *lib.5.de Republ.c.6.n.594.* Utuntur hisce argumentis, quod inter hostes communio sit jurisgentium. *l. fin. de legat.* Deinde per text. l.6. *de Pact.c. noli.3. causs.23.q.1.* Fides enim quando promittitur, etiam hosti servanda est, contra quem bellum geritur, quantò magis amico, pro quo pugnatur, per l.1. *& l. 25. de constit. pecun.* ubi dicitur, grave esse fidem fallere. *l.1 C.de his, qui ven.ætat.& c.l.1.§.sed.C.de lat. lib.toll.* Declaratur idem ab exemplo Josuæ, qui fidem Gabaonitis, licet contra DEI præceptum datam, nihilominus servavit. *Iosuæ, cap. 9.* Atq; cum postea populus Israeliticus eandem fidem violaret, ipsum à DEO propterea punitum

nitum legimus. *libr. 2. Samuel. in pr.*

† Objectio. Objiciunt dissentientes † exempla quædam non servatæ fidei: Resp. non † exemplis sed legibus judicandum. Objiciunt † l. 1. §. 3. *de dolo.* ubi JC. Ulpianus ait, veteres dolum bonum dixisse, & pro solertia nomen hoc accepisse; maximè si adversus hostem, latronemvè quis machinetur. Sed respondeo † committitur elenchus disparium; & fallacia à dicto secundum quid ad dictum simpliciter.
† Responsio.
† Object.
† Responsio.

58. Aliud enim est dolus † seu stratagemata, aliud autem perfidia. In illis nullam fidem datam consideramus. Et locum habet illud Virgilianum,

Dolus an virtus, quis in hoste requirat.

Et ibi, si Leonina pellis deficit, vulpina potest assumi. Bronch, *cent, 1. ass. 21.*

† Objectio. Objiciunt † l. 26. *de captiv. & postlim. revers.* ubi Florentinus, Nihil interest, inquit, quomodo captivus reversus est, utrum dimissus, an vi vel fallacia potestatem hostium evaserit. Resp. Committitur fallacia dicto secundū quid, ad dictū simpliciter. Nam illa lex accipienda quoad jus postliminij, quo casu duntaxat consideratur, an ab hostibus redierit aliquis aut animum habeat emanendi. Non ideo tamen minus fidem hosti datam liberare tenebitur,
Responsio.

tur,

tur, per ea, quæ Papinianus ſcribit *in l. 5. D. eod. Duaren. ad l. 1. de pact.* Negat etiam Hotomannus ibi fidē datam fuiſſe. *ill. quæſt.* 7.

Argumentantur † etiam ex l. 1. D. *Quod vi metusve cauſ.* Quæ vi metusvè cauſa ſunt extorta, ſervari non debent. Pacta verò cum hoſtibus inita, vi vel metu ſunt extorta. Ergo non ſunt ſervanda. Reſp. 1. ad propoſitionem, illam non eſſe catholicam. Nam aut juſtè † metus infertur; aut injuſte. Ad priorem caſum edictum Prætoris non pertinet. Talis autem metus, qui juſto bello infertur. *l. 21. eod.* Deinde, Prætoris edictum ad privatas civium pactiones pertinet, non ad publicas, quæ cum hoſtibus ineuntur. De fœderibus verò diſceptantes, non ex edicto Prætoris actionem inſtituunt, ſed jure feciali potius uſuri ſunt. Etenim pacis condiciones, † ferè ſemper invitis dantur, & à victoribus vi metuq; percipiuntur. Hæc ad propoſitionem. Aſſumtionem quod attinet; ſiquidem de vi & metu injuſto accipiatur, eam ſimpliciter nego. Nemo namque ſive Princeps, ſive Legislator extitit unquam, qui quod victori promiſiſſet, exequi recuſaret, ſub hoc prætexu, quaſi vi coactus id feciſſet. Quæ enim viro forti vis adhiberi poteſt, ait Cicero *libr. 3. offic.*

† *Objectio.*

† *Reſponſio.*

59.

60.

G Objici-

Objectio. Objiciunt † locum, *ex l. 2. Reg. c. 10.* ubi Rex Jehu Baalinos dolo circumventos occidit. *Responsio.* Resp. Committi † fallaciam separatorum. Jehu namque nullam fidem publicam Baalinis dederat: tametsi ad illos evocandos & in unum locum congregandos dolo bono sit usus.

Objectio. Objiciunt † locum Livij *lib. 57.* ubi Camillus pactionem cum Gallis initam rescidit. *Responsio.* Respondeo committi † fallaciam causarum. Rescissionis namque causa non ex eo principio dependebat, quod fides hosti data non sit servanda; sed quod conventio facta fuerat sine jussu Dictatoris.

Objectio. Objiciunt † *l. 2. C. de commercijs*: sed *Responsio.* † committitur iterũ fallacia separatorum. Longe diversum siquidem est aurum à barbaris subtili ingenio subducere; longè aliud fidem ipsis datam fallere. *l. 6. in fin. de bon. damn.* Ad reliqua ferè pleraq; quæ obstare videntur responderi potest, fidem in istis casibus nullam datam esse.

Quæstio. 61. An autem privatus fidem hosti datam † servare debeat? Bartolistæ negant: Præpositus & alii quidam affirmant. Puto servandam esse, quatenus citra Reipublicæ damnum fieri possit. *l. 46. D. h. t. Cicero lib. 1. Offic. l. 21. l. 23. de negoc. gest.* Videatur

deatur

deatur Matth. Cuno *lib.1. de pact c. 22.* ubi plurimas ampliationes adducit. Quarum tamen pleræque de jure non subsistunt.

Porrò quod de hoste dictum est, idem obtinet in adversariis *arg. l. si quis de captiv. &c.* Item in defectoribus; quoniam hi hostium loco habentur *l. 5. de captiv.*

An etiam in prædonibus, sive latronibus † secundo loco controvertitur. I. Opinio Negativa *Ciceronis libr. 3. Offic.* Bodin. *lib. 5. de Rep. c. fin.* ubi tradit, contra decus esse, Principem vel populum cum latronibus pacisci. A fide tamen ei data, non quidem salva dignitate, salva tamen religione discedit. II. Opinio affirmativa. Nec enim ullibi prohibitum reperitur cum latronibus pacisci. Censebitur ergo permissum. *arg. l. 18. de testibus.* Deinceps habent etiam latrones communionem jurisgentium *arg. l. bona fides. 31. Deposit. Hotom. d. ill. quæst. 7.* Idem obtinet in damnatis & proscriptis *l. 17. de pœn. d. l. 31. Depositi.* & in servis. *l. 32. de regul. jur.* *Quæstio. 62.* *1. Opin.* *2. Opinio.*

Tertiò quæritur, an hæreticis fides data † sit servanda? I. Opin. Negativa Calvinianorum simul & Papistarum, sicut videre licet, ex libris apologeticis Francisci Balduini JC. contra Calvianum & Bezam. *Quæstio. 63.* *1. Opinio.*

†2. *Opinio.* Servatur enim fides Judæis, cur non multo magis hæreticis? Etenim quis hæreseos accusatus, Synodum accessurus est, si fides hæreticis non servetur? Et si frangere fidem hæreticis fas est, dare certè fuerit nefas. Sive dare jus est, datam oportet, servare. Notandum hic, quod Augu-

64. stinus alibi dicit, Judicum† esse mitius agere, in hæreticos, quam lex agit.

† *Objectio.* Nec obstat, quod † hac ratione delicta *Responsio.* maneant impunita. Nam aliæ sunt ratio-† *Object.* nes tanti criminis extirpandi. Neque censendum † Magistratus non exequi munus † *Responsio.* suum. Nam tunc † non exequerentur; siquidem hæretici in ipsorum potestate cōstituti forent. Jam eo ipso dum salvum conductum promiserunt, ipsos non amplius habent in potestate, & propterea punire nequeunt.

Quæstio. An autem hæretici capitaliter † puni-

65. endi? Theologi rectè negant. Nam de jure civili nulla capitalis in hæreticos pœna constituta legitur, quemadmodum adversus Calvinum eruditè demonstrat Balduinus *d. loc. p. 201. & seqq.*

† *Objectio.* Non † obstat, quod adversus hæreticos ignis pœna sit instituta, Fr. Pic. Mirandul. *Responsio.* *t. 2. p. 20.* Nam † si penitius introspiciatur, de libris potius, quam de hæreticis ipsismet

met loquitur per locum Actor. c. 16. *l. damnato. 7. C. de hæret.* Eccius *Dominic. 2. post Epiphan.* Non † obstat l. Arriani. 5. C. *de hæret. & Manich. ibi, & ultimo supplicio tradendis.* Nam illa † verba non extant in Codice Theodosiana *lib. 16. t. 5. l. 65.* Deinde supplicium ultimum multis modis sumitur. Neque etiam conveniunt cum verbis præcedentibus & sequentibus. Non † obstat locus Hieronymi, quo proditum est, Priscillianum damnatum etiam seculi gladio. Nec † enim decuit Ecclesiæ ministrum, Priscillianistarum accusatio capitalis. Non † obstat *l. 1. §. 4. D. ad Sc. Turpillian. l. 15. D. ad Municipal.* Loquuntur † enim de calumniatore. Et de tempore, quo legis autoritatibus pœnæ reservabantur. Hodiè verò Judicis arbitrio plerunque committuntur. Objicit † Beza Novellam quandam Theodosiij, quæ sanguinis mentionem fecit. Resp. † Balduinus, quod loquatur de paganis, pro quibus hæreticos Beza substituit. Deinde Justinianus Novellas istas nunquam agnovit. Vide Franc. Balduin. *d. loc.* Hinc Carolus V. Imp. D. Lutherum contra fidem à se datam Wormaciæ damnare nolebat, licet admodum Eccius urgeret. Vide Bodinum *lib. 5. de Republ. cap. de jure feciali. 6. p. 935.*

† *Objectio.* † *Respons.* † *Objectio.* † *Responsio.* † *Objectio.* † *Responsio.* † *Objectio.* † *Responsio.*

Quæstio. Quæritur ulterius, si Princeps sub utilitatis publicæ prætextu, fidem datam violare velit, an possit? Pro affirmativa pugnat Machiavellus *in lib. de Princip. c. 18.*
1. Opinio.
Contrarium statuit Bodinus *lib. 4. de Republ. c. 1. n. 372.* Quæ sententia verior est.
2. Opinio.
66. Nam, ut ait Livius, nisi fide † stet Respublica opibus non stabit. *dec. 3. lib. 3.* Quanquam autem Alb. Gentil. Machiavelli cōmentum speciosè palliare nitatur *lib. 3. de legat. c. 9.* attamen hæc ipsius excusatio doctis viris semper suspecta fuit.

Quæstio. Amplius quæritur, quid si per fidem à Principe datam damnum subditis illatum fuerit, poteruntnè querelam adversus hæredem instituere? Negant id Innocent. & alij Dd. comm. *in c. in nostra. Extr. de injur.* Fortun. Garz. *ad l. 6. de pact.* Gail. *libr. 2 Obs. c. 57.* Matth. Cuno. *l. 1. de Pact. c. 22. n. 21.* Nam Principes propter utilitatem publicā, dominium alicuius rei subditis auferre possunt. *l. item si verberatum. 15. §. 2. de rei vendicat. l. Lucius. de Evict. l. 5. de decret. ab ord. fac. auth. res quæ. C. Commun. de legat.* Plin. *libr. 7. epist. 18. arg. l. 9. ad L. Rhod. de jactu. l. bene à Zenone, C. de quadr. præ-*
67. *script.* Pacis autem † causa, publicam utilitatem concernit, *d. l. 6. de Pact. l. 22. §. 1. de captiv. &c.* Gail. *de pac. publ. c. 1.*

Num

Num verò Princeps tenebitur, si promiserit impunitatem delicti? Decisio quæstionis hujus dependet ex eo, Num princeps gratiam facere, & impunitatem delicti promittere possit? Et verior est sententia, soli Principi supremo pœnæ remissionem competere, Petrus Heigius *p. 2. quæst.22.n. 6.* Harprecht.*ad §. pœna. 5. Inst. de obligat.quæ ex delict.n.45.& seq.* Imò quod homicidij pœnam, ne summus quidem † Princeps remittere possit, tradit Cypræus *de sponsalib. c.13.§. 80.pag.591.* Sed experientia quotidiana contrarium testatur.*l.relegati. l.31. de pœn. l. pen. D. ad L. Cornel. de sicar.* Non † obstat l. 3. C. *de Episc. aud.* Nam non loquitur de remissione pœnæ, sed potius de relaxatione. *Quæstio.* 68. *Objectio.* *Responsio.*

Quid autem, si Judex ut veritatem eliciat, impunitatem promittit, an fidem servare debeat? Negat Clarus *libr. 5. sent.§.fin. q. 85. n.8.* Permissa namq; simulatio est ad veritatem † inquirendam, propter utilitatem publicam.*c. utilem. caus.22. q.2.Extr. de præsumt.* Deinde judex nō potest remittere pœnam corporalem delinquenti. *l. ad bestias.31. de pœn.l. pen. & ibi, Gothofred.D. ad C. Cornel.de sicar.* Gellius,*lib.10. Noct. Attic. c.15.l.2.C.de desertorib.lib.12.* Præterea Judicis officium est, non solū inquirere, sed & punire. *l.13.de Offic.Præsid.l.51.§.2.D.ad L. Aquil.* *Quæstio.* 69.

Sed & publicè interest, non facilè remitti pœnam, ne quispiam ad maleficia temerè resiliat. *l. 14. C. de pœn. arg. l. jus publicum. de* † Objectio. *pact.* Obstat, † quod fides à publica persona data, debeat omninò servari. Resp. † Responsio. Nisi juri † publico deroget. *l. 2. §. 8. de admin. rer. ad civit. pertinent.*

Quæstio. 70. An autem judex salvum † conductum dare possit? Si jurisdictionem habet, affirmamus. Concessa namque jurisdictione, videntur ea concessa sine quibus jurisdictio non potest exerceri. Non potest autem commodè sine salvo conductu ex- Objectio. pediri. *arg. l. 10. §. 5. de quæst.* Quibus opponi solet l. relegati. *in fin. & l. 31. de pœn.* Resp. Responsio. texus isti loquuntur de damnatis; quibus ideo Judex inferior salvum conductum concedere nequit, quoniam aboleret pœnam contra l. 31. *de pœn.* Sanè salvo conductu concesso, concessus is etiam vide- 71 tur, † quoad discessum. *arg. c. si civitas. Extr. de sentent. excommunicat.*

Quæstio. 72. Tandem quæritur, an fides servanda sit, frangenti † fidem. Quod aliqui negant *arg.* 1. Opinio. *l. 21. C. de pact. l. si convenerit. Pro soc. l. viro* 2. Opinio *& uxori. solut. matrim.* Alij affirmant. *c.* 3. Opinio. *quod* DEO. *4. caus. 33. q. 5.* Alij distinguunt. Vide Bodinum *lib. 5. de Republic. c. 6. n. 598.*

V. MEM-

V. MEMBRUM.

De Divisione pactorum, ratione adjuncti.

Ratione adjuncti, pacta vel sunt tacita, vel expressa. Hæc pactorum divisio probatur ex l. 2. *h. t. cum seqq.* † Expressa sunt, quæ inter præsentes † tractatu habito, & verbis fiunt: inter absentes autem per epistolam aut nuncium *l. 2. h. t. l. 14. cum seq. de pecun. constit.* † Mudæus quidem pacta expressa censet dici pacta conventa; verum refutatur à Borcholdt. *in prima divis. n. 3.* † Tacita sunt, quæ reipsa sine verbis fiunt, & ex præsumta voluntate partium intelliguntur.

† Quid sint expressa. 73.

† Mudæus refutatur.

† Tacita pacta quid sint?

Quorum exempla priusquam subjiciamus, prius inquiramus diligentius: † An per id, quod Paulus scribit in l. 2. re conveniri posse, intelligatur ea cōventio, quæ fit inter præsentes, sermone & tractatu habito; an vero ea, quæ fit sine sermone tractatuq; ; sed tacito consensu constat. Hoc enim à theoricis disputatum esse legimus. † Et verò re convenire, nihil aliud esse, quàm † expresse tractatu habito conve-

† Quæstio.

† 1. Opinio Cujacij. 74.

convenire, vult Cujacius *ad l. 2. h. t.* eumque secutus Borcholdt. *in d. c. 2. n. 1. divis. n. 2.* Gothofr. *in not. h.* & alij pleriq; Cujaciani.

† *2. Opinio.* † Contradicunt Accurs. & Fr. Duarenus *ad h. l. Franc. Hottom. in d. disp. de pact. n. 16.* Donell. *ad l. 2. C. de pact. n. 15. & libr. 12. Comm. c. 10.* & alij communiter. † Quorum sententiam verissimam esse judico. † Nam re contrahi & verbis contrahi, sibi invicem opponuntur; & re contrahi idem tum est ac tacitè facto contrahi. *l. 4. l. 32. l. pro socio, l. 5. rem rat. hab. §. fin. Inst. de hæred. qual. l. quidam. de eviction.* † Deinde evincitur hoc ex §. 3. *l. 1. h. t.* ubi re fieri, & verbis fieri, contraponũtur. † Tertiò, quoniam re fieri pro tacitè fieri, sumitur etiam apud autores Classicos. Sic enim alicubi Cicero: in qua me lenissimis verbis utens re graviter accusas.

† *Quã probat author.*
† *1. Ratio.*
† *2. Ratio.*
† *3. Ratio.*

† *Objectio.* † Non obstat, quod hoc modo species expressæ conventionis, quæ fit inter præsentes, à Paulo prætermittatur. † Illa namque species habetur in l. 1. §. 3. *h. t.* Deinde Pauli Labeonisq; locus non integer extat. Tertiò nemo ferme dubitabat, quin pacta sermone verbisq; fierent. Quartò non est inusitatum, ut species omittatur. † Nihilo magis obstat, quod Paulus adscripsit: sed etiam tacitè consensu convenire intelligitur, ubi particula adversativa

† *Responsio.*
† *Objectio.*

tiva, *sed etiam*. satis innuere videtur, suprà aliam speciem tractatam fuisse. † Primò † *Responsio*. namq; non est integer Pauli locus. Deinde latini Sermonis subtilitatem non ita scrupulosè semper servant JCti. Tertiò hæc verba non sunt hic segregativa sed explicativa; quoniam etenim dixerat ab initio, *re convenire posse*; Et hoc Paulo videbatur obscurius; ideo subjicit: *Sed etiam tacito consensu*. Nec ignotum esse potest, particulā † sed, sæpe conjungere, non discernere, 75. sicut annotavit ipse Cujac. *lib. 5. Obs. c. 10. & lib. 15. Obs. c. 19. Videatur lib 1. Obs. nostr. c. fin.*

Talia itaque tacita pacta sunt redditio † *Quædam* cautionis seu † chirographi: Reddito *sunt tacita* namq; eo, tacitè de nō petēdo videtur pa- *pacta*. ctus creditor, *l. 2. §. 1. h. t. l. 59. de liber. legat.* 76. Tunc n. cautio reddi solet, cū creditor am- *Exemplū 1.* plius nihil petere debet. Donell. *ad l. 2 C. de pa[ct]. n. 12. l. liberationē. 3. §. sed etsi chirographū. 1. de liberat. legat.* Cujac. *in l. item quia. 4. h. t.* Quoties n. instrumentū, nō amplius extat apud creditorem, tum solutio † facta præ- 77. sumitur. Gail. *lib. 2. obs. c. 37.* Menoch. *lib. 3. præsumt. 140.*

Ad probationē tamen cessionis, nō sufficit, si quis instrumentū executionis producat. Moller. *lib. 2. Semestr. c. 20.* Cōmuniter hac in re distinguere solent: Utrū quis super exceptione pacti se fundet; an vero

præ-

prætendat, quod per ſolutionem ſit liberatus. Priore caſu dicunt, quod inſtrumenti redditio probari debeat; non poſteriore. Capell. Tholos. *deciſ. 230. gl. in l. ſi de poſſeſſione. C. de probat. l. 1. §. ille autem. C. de latin. libert. toll.* Bartol. *in l. 2. §. 1. de Pactis.* Maſcard. *concl. 283. n. 8. & ſeqq.*

78. Aliud eſt, † ſi pignus reddatur, atque ſi chyrographus. Licet enim pignus debitori redditur, ſi tamen pecunia ſoluta non ſit, debitum adhuc peti poterit. Quamvis autem obligatio principalis pignore reddito, in ſuo ſtatu permanet: pignoris tamen obligationem tacitè remiſſam eſſe verius eſt, *p. 1. tr. diſp. 16. q. fin.*

Poteſt quidem pignus utendum dari pignoris jure manente. *l. 6. §. fin. de precar.* reddi tamen hac ratione non poteſt. Reddi

79. namq; † nihil aliud eſt, quàm retro dari. *l. 49. de Verb. Signif.* Accedit eò, quod reddito chyrographo, obligatio eo inſtrumento contenta remiſſa intelligatur. *l. 2. D. h. t.* Ergo multò magis re ipſa obligatâ reddita; utpote cum magis in obligata re, quàm in inſtrumeuto conſiſtat † obliga-

80. tio. Item ſi teſtator debitori ſuo pignus leget, obligationem pignoris remiſiſſe cenſetur. *l. 1. de liberat. legat. l. creditorem. 7. C. de remiſſ. pignor.*

Non

Non † obstat *h. l. 3.* Nam non de pignoris, sed de obligatione principali loquitur. Deinde referri debet ad casum *l. 6. §. fin. de precar.* quando nimirum aliquis rem suam pignori mihi dederit, & precario rogaverit. Hoc enim casu, videtur Ulpiano verius esse, precarium consistere, cum possessionis rogetur, non proprietatis scil. precarium; ubi subjicit, eam sententiam etiam utilissimam esse. Quotidie namque precariò creditores rogari, ab his, qui pignori dederunt, usus docet. † *Objectio.* † *Responsio.*

Secundum est, de rebus invectis & illatis in prædium urbanum *l. 4. h. t.* Ea namque, quæ ab inquilinis invecta & illata sunt n prædium urbanum, domino tacitè sine lla expressâ conventione pro pensione ppignorantur. Cum enim ab initio in nore Domini positum † haberent, ut non iter inquilinis, nisi pignore nominatim cepto locarent ædes suas: paulatim inctum est, ut sive illa condicio exprimetur sive nō, tamen pro additâ haberetur. *.in pr. de pact. l. 4. In quibus caussis pign. &c.* *Exemplū 2.* 81.

Censent quidem Dd. differentiam im, inter urbana & rustica prædia sublan: sed textus juris id non admittunt. *4. l. 6. in quib. caus. pignus vel hypoth. l. 5. fin. C. eod. tit.* Quapropter Hottom.

Duare-

Objectio. Duarenus&alii Neoterici ab ipſorum tra-
Reſponſio. ditis rectè divortium fecerunt. Neq; juvat diſſentientes l. 5. C. *locati.* Loquitur enim de conventione expreſſa.

Inſtantia. † At inquiunt, cur aliud in urbanis prædi-
82. is, aliud in † ruſticis receptũ eſt. Mihi placet, quod pleriq; recentiores tradunt; Ruſticos raro invehere, niſi inſtrumenta ad agriculturam pertinentia, quæ de jure ſunt privilegiata. *l. 1. C. de agricol. lib. 11.* Deinde; quoniam alias coloni duplici onere hypothecæ graverentur; cũ fructus ipſi in fundo creſcentes jam tacitè ſint hypothecati. *l. 7. D. In quib. cauſ. pig. vel hypothec. l. 3. C. eod. l. ſi ſervus. 6. §. locavi. de furt. l domini. C. de agric. Balduin. de pign. c. 6.*

Exemplũ 3. Tertium eſt in pacto, quod dotis ſtipulationi videtur ineſſe: quod id adjectum cenſetur, ſi nuptiæ ſint ſecutæ; & ideò ante nuptias malè dos petitur. *d. l. l. 4. §. 2. l. conditionales. de verb. oblig. l. 57. de pact. l. 2. §. non male. de doli except.*

Exemplũ. 4. Quartum exemplum, ſi convenerit, ut, donec uſuræ ſolverẽtur, ſors nõ peteretur, huic vero conventioni ſubdita fuerit ſtipulatio pura. Tum ei nihilominus hoc pactum tacitum ineſſe videtur, *d. loc.* Plura exempla ſunt in l. 57. *l. 30. §. 1. l. 22. §. pen. h. t.*

h. t. l. 2. l. 18. C. eod. l. 13. 17. §. 1. de Usur. l. 69. de jure dot. &c. De quibus suo quoq; loco.

VI. MEMBRUM.

Ex accidenti pacta sunt nonnunquam simplicia sive absoluta: nonnunquam connexa sive subjuncta. † Simplicia sunt, quæ per se constant, nec alterius principalis † appendix sunt aut accessio, id est, quæ contractibus non cohærent. Ejusmodi est pactum creditoris cum debitore, ne ab eo petat &c. Hoc enim pactum per se constat, nec aliunde pendet. † Subjunctum est, quod alteri principali negocio, sive contractui adjunctum est, ab eoq; dependet.

† Quæ sint pacta simplicia?

83.

† Quæ pacta subjuncta?

Atque hoc iterum vel est substantiale, vel accidentale, sive de adminiculis. Utrumque vel adjiciens, vel detrahens. Substantiale adjiciens, si fundus venditus est decem: posteà pacto apposito, venditus fuerit duodecim. † Substantiale detrahens, si idem fundus posteà novem sit venditus. † Accidentale adjiciens, puta, ut præstetur in emptione evictio, in commodato casus fortuitus, in deposito culpa, &c. † Accidentale detrahens, ne præstetur in emptione evictio, ne in commodato culpa præstetur. &c.

† Quod substantiale adjiciens?

† Quod substantiale detrahens?

† Quod accidentale adjiciens?

† Quod accidentale detrahens?

Docto-

† *Dd. opin.* Doctores quidem faciunt, alia ſubſtantialia; alia naturalia, alia accidentalia. Et naturalia iterum intrinſeca, & extrinſeca, ut videre licet apud Borengar. Fern *in l. 72. de contr empt. in 3. & 4. præfat.* Zaſ. *lib. 1. ſing. reſp. c. 12.* Philip. Matth. *in l. 27. de Reg. jur.* Vide omninò Coras. *ad l. ubi ita. de don. cauſſ. mort. n. 3.* Roſenthal. *de feud. c. 2 concl.*
84. *53.* Diſtinctio hæc inter naturalia † & ſubſtantialia, doctis viris diſplicet, qui naturam & ſubſtantiam pro eodem ſumunt. Propterea, quod Cicero quoque naturam, non pro *Φύσις*, ſed pro *οὐσία* uſurpaverit. Duar. *ad l. 7. § quin imò. verſ. idem reſponſum. de pact.* Cujac. *in prolegom. feud. in fin. & lib. 14. Obſ. c. 24.* Vultejus *libr. 1. de feud. n. 55.* Hi malunt ea, quæ Dd. dicunt ſubſtantialia, nominare de ſubſtantiâ ſive natura: quæ illi naturalia de adminiculis *per l. 72. de contrah. emt.* Et quoniam Dd. naturalia faciunt duplicia, intrinſeca & extrinſeca, ut videre licet apud Zaſium *lib. 1. ſing. reſp. c. 12.* Mudæum *in tr. de contrah. emt. p. 3. n. 13.* Berengar. Fernand. *in d. l. 72. de contrah. emt. in præfat. n. 3. & 4.*: Ideò recentiores etiam hæc reformant, & naturalia interna referunt ad ſubſtantialia; naturalia externa, perinde ut accidentalia adminiculis annumerant. Cujac. *lib. 14. obſ. c. 24.* Philipp. Matth.

Mattheac. *in l. 27. de reg. jur. n. 21.* Hotom. & Dd. comm, retinent illam distinctionem inter substantialia & naturalia per l. 2. ibi, vel natura contractus. *C. de adsert. toll. l. 27. §. 2. in fin. & §. 5. vers. idem responsum. de pact. l. 5. §. 4. l. 11. in pr. de præscript. verb.* Connan. *lib. 5. comm. c. 2.* Coras. *libr. 3. Misc. c. 10. n. 4. & in d. l. ubi ita. n. 3.* Naturalia dicunt, qualitatem innatam a principio generationis, seu virtutem actus productam ab ejus specie, seu propriam & innatam vim actus. Substantialia verò, quæ talem rei essentiam sive οὐσίαν præstāt, ut sine ea non possit actus consistere. *l. 2. de usufr. ear. rer.* Rævard. *2. Var. c. 1. & 4. var. 4.* *Quæ naturalia?* *Quæ substātialia?*

VII. MEMBRUM.

Continens præcedentis iterum subdistinctionem.

Pariter ex accidenti, nimirum tempore subdistinguuntur pacta vulgò subjecta, sive subsecuta, ut quædam dicantur in continenti subjecta, quædā ex intervallo. *l. 7. §. 5. de pact.* † Quidnam autem sit IN 85. † CONTINENTI fieri, non immerito dubitatur? Sic enim articuli isti MOX, STATIM, & similes, sæpius laxè lateque sumi solent; etiam pro annis aliquot;

quot; quemadmodum annotavit Albericus Gentilis *ad l. 1. Maccab. c. 3. Coras. in l. 1. §. qui præsens de V.O. in 1. lectura. & in l. Gallus §. casus. de liber. & post.* Sic enim Suetonius scripsit, gessisse Germanicum consulatum post quæsturam STATIM, quem gessit septennio pòst. Quamvis, hoc etiam ad gradus, & ordinem dignitatum referri possit; quasi Germanicus à quæstura ad consulatum transcenderit, omissis ædilitate & præturâ. Alb. Gentil. *d. c. 3.* Illa verò vox IN CONTINENTI Jctis peculiaris est, pro MOX, ILLICO, statim. Coras. *ad l. pacta conventa. de contr. empt. n. 8.*

1. Opinio. † Hinc etiam Castrens. & Walt. *lib. 2. Miscell. c. 21.* dicunt, in continenti fieri, quod secũdo, tertio, vel ulteriore quoq; die fiat; modò nullus intercedat extraneus actus.

2. Opinio. † Alij dicunt IN CONTINENTI fieri pacta, priusquam partes contractum habeant pro perfecto, & absoluto. *l. 5. C. de pact. inter emt. & vendit.* Doneil. *in l. 13. n. 10. & seq. C. de Pact.* Philip. Matth. *in d. l. 27. de Reg. jur. n. 37.*

3. Opinio communis. Communis autem est opinio, in continenti fieri, si eodem die fiat, dummodo neuter ad aliud negotium divertat, *per l. continuus. de V. O. l. si ex duobus. l. duos reos. 6. §. 3. de duobus reis. l. 6. de excus. tut. l. 3. C. de ædil.*

dil. edict. l. si mulier. C. ad SCtum Vellejan. &c.
† A qua communi licet recedat Alciatus † *Alciatus*
libr. 1. paradox. c. 3. & hinc inde: Gœddeus ta- *refutatur.*
men eam cum hac cōdicione comprobat,
si neuter ab altero discesserit; aut si disces-
serit, fecerit hoc animo mox redeundi. Et
continua † sunt certè, quæ modico distant 86.
temporis intervallo. Vide latius Gœdd. *in*
tr. de contr. stip. c. 3. concl. 2. n. 14. & seqq.
Coras. *in d. l. 67. de contr. empt. n. 8. & in l. 1. §*
si quis simplicer. de V.O. & in l. cum quidam. C.
de impub. & al. substit. Bereng. Fernand. *in*
l. 72. de contr. empt. in 3. & 4. præfat. n. 1. u-
bi simul explicat, quando contrahentes
dicantur ad extraneos actus divertere.

Cæterum hæc & præcedens distin-
ctio præter alias utilitates suas, juxta plæ-
rosque multum facit ad verum intelle-
ctum arduæ difficilimæq; quæstionis, u-
trum pacta strictis conventionibus in
continenti subjecta pariant actio-
nem? de quo videbimus in-
fra dante DEO, *in c. de vi*
& effectu pa-
ctorum.

ULTIMUM MEMBRUM

Continens distinctionem quandam Doctorum.

Distinctio DD. Restat adhuc una distinctio pactorum non genuina, non legitima, sed a Dd. conficta. Constituunt ipsi pacta quædam conformantia, quędam deformantia, quædam informantia, quædam reformantia, quædam transformantia. θαύματα ῥημάτων. Wesenbec. *in paratl. de Usucap. circ. fin.* Rectè dixit Magnificus vir quidam, si plura juncta & composita habuissent à formare; plures etiam pactorum species, ipsos fuisse fabricaturos. Et extitit certè, qui sextam speciem adderet, resolutivum pactum. Nimirum cum veteres pactum aliud facerent informativum; aliud reformativum; tum Jason hanc distinctionem insufficientem ratus, addebat transformativum: & deinceps Dynus subjecit pactum conformativum & deformativum. Tandem Berengar. Fernand. commentus est etiam resolutivum pactum, destitutus nimirum compositis à verbo formare.

Confirmantia. Dicunt autem conformantia pacta, cum contractui stipulatio subjicitur: & item

item cum nudum pactum pœnam continens conforme est stipulationi pœnali, *per l. duo societatem. pro soc. l. si pacto quo. de pact.* Deformantia dicunt, quibus contractus fit illicitus. *per c. ad nostram. de emt. & vendit. c. cum clerici. Extra de pact. c. fin. Extr. de condic. l. sumtus. de pactis.* Informantia, quando actio extenditur ad id, quod in pacto deductum est. *per. l. 7. §. quin imò de pact.* Reformantia, quando per pactum tollitur contractus in totum, aut renovatur in substantialibus: ita tamen, ut secundus contractus sit ejusdem speciei, *p. l. 7. §. adeo. l. 27. §. pactus ne peteret. de pact. l. præcipiunt. de ædil. edict.* Transformantia, quibus contractus planè fit alius. *l. æquissimum. §. sed si ædium. de usufr.* Resolutiva, quibus resolvitur prior contractus; & ab eo receditur omnino, nec resultat alius contractus ex priore contractu & pacto. *l. ab emtione. de pact. l. 2. C. de pact.* Vide omninò Berengar. Fernand. *in d. l. pacta conventa. De contrah. emt. præfat. 5.*

Deformantia.

Informantia.

Reformantia.

Transformantia.

Resolutiva.

† O utinam hic Lucretius esset, qui Chymeras has & hos Centauros redargueret. Sed fecit hoc eruditè, ni fallor, Dn. Gifanius, ubi lapsus causam mõstrat, quod nescierint Dd. actionem formare, nihil aliud esse, quam actionem parere; & quod

Refutatur.

istorum variæ formationes, nihil aliud sint, quàm alterationes pactorum. Leges ab ipsis allatæ, ne hilum, quod ajunt, probant. Et nolo quicquam addere. Nec enim est utile, difficiles habere nugas. Vide Gifan. *de distribut. jur. th. 78. & seqq.*

CAPUT V.

DE

De caussa efficiente pactorum, sive de personis paciscentium.

SUMMARIA.

1. *Propinqua causa pactorum personæ.*
2. *Pacisci possunt, qui non reperiuntur expresse prohibiti.*
3. *Omnia cuivis licent, si leges non prohibeant.*
4. *Infantes pacisci non possunt.*
5. *Infantes omnia dant pro uno pomo.*
6. *Possessio an facti vel Iuris? Expl. ibid.*
7. *Infantes sunt septennio minores.*
8. *In furioso neque voluntas neq; consensus.*
9. *Ebrij quid loquuntur, nesciunt.*
10. *Ebrij quomodo puniendi?*
11. *Impubes in potestate patris constitutus eo autore non potest obligari.*
12. *Pupillus locupletior præsumitur factus, quamdiu non est factus pauperior.*
13. *Nemo suum jactare præsumitur.*
14. *Explicatur l. 25. D. Quand. dies legat. eod. & n. 34.*

15. Reten-

15. *Retentio majorem favorem continet, quàm acquisitio.*
16. *Philosophandum liberè.*
17. *Retentio naturalis obligationis effectus. & n. 24.*
18. *Pupillus quando obligetur?*
19. *Negativa transfert onus probandi in adversarium.*
20. *Non aliter æquipollet universali negativæ.*
21. *Quando negativa præcedit actum potestativum, inducit necessitatem præcisam.*
22. *Negatio generis secum trahit negationem speciei.*
23. *Negatio plus importat quàm affirmatio.*
24. *Negatio postposita signo universali æquipollet suo contrario.*
25. *Non præsumitur pro specialitate.*
26. *Regula Iuris tenaciter servanda.*
27. *Quia conjunctio causalis est.*
28. *Pupillus nec velle nec nolle sine tutoris autoritate creditur.*
29. *Consensus perfectus etiam in obligatione naturali requiritur.*
30. *Pupillus in delictis obligatur.*
31. *Delinquens in quid consentiat.*
32. *A delictis ad contractus argumentamur, si eadem sit ratio.*
33. *Verb. Autem quid significet?*

34. *In compensationem venit, quod natura debetur.*

35. *Quatenus pupillus obligetur in l. 25. Quand. dies legat. &c.*

36. *Argumentum â contrario sensu quando procedat?*

37. *Minor sine Curatore an civiliter obligetur?*

38. *Pubes & impubes differunt.*

39. *Cura non tam personam respicit, quam res & negotia.*

40. *Explicatur l. 101. D. de Oblig. & action.*

41. *Verba in dubio in potiori significatione accipienda.*

42. *Verb. Potest magnam vim habet.*

43. *Inscriptiones firmum argumentum non perhibent.*

44. *Pupilli consensu tutoris non indigent in nuptiis.*

45. *Publicis cedunt jura privatorum.*

46. *Liberatio majorem favorem habet quàm obligatio.*

47. *Explicatur l. 9. §. si minor. D. de Iurejurand.*

48. *Minor qui est, non statim circumscriptus dicitur.*

49. *Authoritas tutoris & Consensus Curatoris differunt.*

50. *Ius personarum privatum consideratur in statu.*

51. *Argumentum ab ultimis voluntatibus ad contra-*

contractus non procedit affirmativè, &c.

52. Explicatur l. 3. C. de restit. in integr.

53. A quo removetur effectus, ab ipso quoque removeri debet causa.

54. Autem pro enim sumitur.

55. Quæ æquiparantur ratione effectus, æquiparantur etiam ratione causæ.

56. A proprietate vocabuli non est recedendum.

57. Prodigus quoad usum judicij comparatur furioso.

58. Prodigus quis?

59. Notorium quando æquiparetur sententiæ?

60. Lex quando factum hominis requirat?

61. Furiosus & prodigus in quibus distent?

62. Explicatur l. 35. D. de regul. juris.

63. Ad ea, quæ sunt Iuris communis, faciliùs reditur, quàm ab ipsis abitur.

64. Quilibet sibi paciscitur. Ibi Exceptiones.

65. An Procurator pacisci queat?

66. Libera tantum in mandato Procuratoris efficit, quantum specialis potestas.

67. Verba debent accipi, ut aliquid operentur.

68. Si duo in obligatione conjuncti sunt, an unius pactum alteri prosit?

69. Paciscentium cum Diabolo pœna.

34. *In compensationem venit, quod natura debetur.*

35. *Quatenus pupillus obligetur in l. 25. Quand. dies legat. &c.*

36. *Argumentum à contrario sensu quando procedat?*

37. *Minor sine Curatore an civiliter obligetur?*

38. *Pubes & impubes differunt.*

39. *Cura non tam personam respicit, quam res, & negotia.*

40. *Explicatur l. 101. D. de Oblig. & action.*

41. *Verba in dubio in potiori significatione accipienda.*

42. *Verb. Potest magnam vim habet.*

43. *Inscriptiones firmum argumentum non perhibent.*

44. *Pupilli consensu tutoris non indigent in nuptiis.*

45. *Publicis cedunt jura privatorum.*

46. *Liberatio majorem favorem habet quàm obligatio.*

47. *Explicatur l. 9. §. si minor. D. de Iurejurand.*

48. *Minor qui est, non statim circumscriptus dicitur.*

49. *Authoritas tutoris & Consensus Curatoris differunt.*

50. *Ius personarum privatum consideratur in statu.*

51. *Argumentum ab ultimis voluntatibus ad contra-*

contractus non procedit affirmative, &c.

52. *Explicatur l. 3. C. de restit. in integr.*

53. *A quo removetur effectus, ab ipso quoq; removeri debet causa.*

54. *Autem pro enim sumitur.*

55. *Quæ æquiparantur ratione effectus, æquiparantur etiam ratione causæ.*

56. *A proprietate vocabuli non est recedendum.*

57. *Prodigus quoad usum judicij comparatur furioso.*

58. *Prodigus quis?*

59. *Notorium quando æquiparetur sententiæ?*

60. *Lex quando factum hominis requirat?*

61. *Furiosus & prodigus in quibus distent?*

62. *Explicatur l. 35. D. de regul. juris.*

63. *Ad ea, quæ sunt Iuris communis, faciliius redit ur, quàm ab ipsis abitur.*

64. *Quilibet sibi paciscitur. Ibi Exceptiones.*

65. *An Procurator pacisci queat?*

66. *Libera tantum in mandato Procuratoris efficit, quantum specialis potestas.*

67. *Verba debent accipi, ut aliquid operentur.*

68. *Si duo in obligatione conjuncti sunt, an unius pactum alteri prosit?*

69. *Paciscentium cum Diabolo pœna.*

Videamus hoc capite de caussa efficiente. Fuit autem supra dictum, duplicem in quovis actu legitimo, caussam efficientem esse; remotam aliam, aliam propinquam. Et quidem remotam quod attinet, ibidem dictum, & contra Cujacium demonstratum fuit, pacta quædam à jure gentium comprobari, quædam
1. à jure civili. Propinqua caussa † pactorum, sunt personæ paciscentes.

† Quinam pacisci possint.

Videamus igitur, quinam pacisci possint. † Et constat pacisci posse præsentes & absentes, loquentes & tacentes, etiam mutos *l. 2. 3. de pact. l. 14. de pecun. constit.* etiam debitores hæreditarios cum emtore hæreditatis. *l. 16. h. t.* Atque adeo omnes
2. eos, qui non † reperiuntur expresse prohibiti.

Videamus igitur, quinam pacisci nequeant. Sic enim in jure comparatū est, ut quotiens quæritur, quid alicui liceat in jure privato, ita definiendum sit, omnia cui-
3. vis † licere, si leges non prohibeant. *l. nec non. §. quod ejus. Ex quib. causs. major. l. 43. §. 1. de procur. l. 1. § 1. de testib. l. 12. de judic. l. 8. de accusat. §. 1. Inst. Qui sui vel alien. jur. sunt. §. 1. Inst. de tutel.* Donell. *libr. 6. Comm. c. 5.* Et certè dependet hoc ex principio juris, quo cuique facere licet, quod non prohibetur. Est enim libertas, naturalis facul-

tas faciendi quidlibet; nisi si quid vi aut jure prohibearis. *§. 1. Inst. de jure person.* unde & M. Dama libertus apud Persium:

Vindictâ postquam meus à Prætore recessi,
Cur mihi nō liceat, jussit quodcunq; voluntas.
Excepto, si quid Masuri rubrica vetavit. (vel ut alij) *notavit.*

Alij versum sic legunt:

Excepto quod Mansuri rubrica notavit, juxta Coras. *ad l. 3. §. post hunc maximè. de Orig. Iuris. n. 23.*

Hinc tralatitium, quod quilibet sit rerum suarum moderator & arbiter. *l. in re. 21. C. Mandati.* Hinc etiam juri suo quilibet renunciare potest. *l. si quis in conscribendo. C. de pact.* Adeò, ut pactum hora secunda noctis à sanæ mentis homine interpositum sustineatur. *l. non minorem. 20. de pact. Hering. in tract. de fidejuss. c. 12. n. 2. pag. 303.*

† Et vero prohibentur pacisci quidam natura: quidam lege. Natura, qui consentire nequeunt. Consensus enim pacta perficit. *l. 1. §. 2. de pact.*

† *Qui non possunt pacisci.*

Natura.

Consentire verò nequeunt aliqui ob defectum ætatis, aliqui ob defectum animi.

Ob defectum † ætatis: Infantes, *§. pupillus. 9. Inst. de inutil. stipul. l. 12. ad l. Cornel. de sicar. l. 5. l. 189. de R. I. l. mulier. 70. de V. O.*

Infantes.

Infantes. Infantes enim, neque quod agitur, intelligunt. *l. 9. de acquir. hæred. l. 1. §. adipiscimur. de acquir. poss. l. 3. C. eod.* atq; propterea neque in rem suam, neque abs re sua pacisci possunt. *d. l. 5. de* R. I. Et quamvis possunt loqui: locutio tamen non est perfecta. §. *præterea. Inst. quibus non est permiss. fac. test. l. servo. §. si pupillo. ad SCtum Trebell.* Phil. Matth. *ad d. l. 5. de* R. I. *n. 10.*

Hinc est, quod infantes obligari nequeunt. §. *10. Inst. de inutilib. stip.* Ne quidem accedente tutore vel curatore. *d. l. 5. de reg. jur.* Prius enim est, ut quid agatur, quam ut probetur, quod agitur. Fidejubere nequeunt. Quia neque intellectum neque consensum habent. *l. 1. de V.O.* & infirmum est eorum judicium *l. more. 8. §. fin. de acquir. hered. l. pupillus. 149. de* Reg. *Iur. l. f. de manumiss. vind.* Infantes enim † omnia darent pro uno pomo. Beust. *in rubr. de jurejur. n. 7.* Unde ne quidem naturalem obligationem contrahunt. *l. quod pupillus. de condict. indeb. l. pupillus. de obligat. & act.*

† Objectio. Esse tamen, qui putent anniculos, quod fari possint aliquo modo, stipulari posse, scriptum reliquit Eguin. Baro, *in §. pupillus. Inst. de inutilib. stip. l. servum.* D. *Rem pupil. salv. fore.* cur non igitur & pacisci liceat?

Quorum sententia rejicitur *per l. 1. de autor. tut.* Val. Franc. *de fidejussorib. c. 2. n. 3. & seqq.*

† Et

Et forsan ille textus loquitur de benigniore interpretatione, ut vult Corasius *in d l.70.* Aut loquitur certè de eo, qui jam fari potest, & qui septimum annũ ipsamq; infantiam egressus est, ut volunt ipse Corasius, Duaren. *n.* 4. Donell. *n.* 6. Cujac, Bolognet. *n.172.* & alii *de V. O.* † *Responsio.*

† Atqui servus acquirit infanti stipulando? † Respons. Infans tamen per servum non rectè stipulatur. Hæc tractat Donell. *ad d. l. 11. n. 12. & seqq.* Adde Dd. *in d. l. 70.* † *Objectio.* † *Responsio.*

Planè in ijs, quæ non tam ex animi judicio, voluntatisve consensu, aut verbis proficiscuntur; quam ex ipso quodam facto, gerere potest infans auctore tutore; velut acquirere possessionẽ *l. 1. §. 3. l. quãvis. de acquir. poss.* Quinimo pupillus etiam sine tutoris authoritate potest incipere possidere; si modo ejus ætatis sit, ut intellectum capiat. Et additur ratio; quoniam ea res facti est, non † Juris. *d. l. 1 §. 3. & seqq. l. 29. de acquir. poss. l. 19. Ex quibus causs. major. l. 1. §. Scævola. si quis testam. liber.* Cui tamen rationi non leviter obstat l. 49. *in pr. & §. 1. de acquir. possess.* ubi de possessione pronunciatur, quod non tantum corporis sit, sed & juris; & quod plurimum ex jure mutuetur. † Ad quam antinomiam conciliandam varia Dd. excogitarunt. Aliqui dicunt, possessionem dum quæritur, esse 6. † *Object.* † *Antin. conciliand.*

facti;

facti; quæsitam esse juris. Atque ita post Joann. & Jacob. de Arena docet etiam Gomez. *in pr. Inst. de act. n. 23.*

† Refut. Verum ab his recessit post Cumanum, & Alciatum etiam Corasius *in l. 1. de acquir. possess. n. 3.* existimantes, possessionem obtinere mixtam naturam. *arg. l. Nemo. de acquir. possess. d. l. 49. §. 1. de Pactis.* & in se consideratam pro usu & rerum insistentia dici facti; juris vero dici quoad effectum & virtutem possessioni tributam. Atq; cum his in effectu mihi consentire videntur, qui tradunt, possessionem esse juris ratione dominij, quod parit; & quando nimirum pro possessione conservanda jus nobis est quæsitum: esse verò facti ratione comprehensionis, & quoad actum ipsum corporalem insistendi.

Quod etiam est verissimum. Nam quod alij distingunt inter naturalem & civilem possessionem, Petr. Frider. Mindan. *de possess. c. 2.* ubi eleganter istam distinctionem propugnat; Illud satis refutatur à Cujacio *lib. 18. Obs. c. 24.* licet ipse quoque sic distinguat *in l. 49. de acquir. possess.* Nimirum, cum dominium sit juris. *d. l. 49. de acquir. possess l. 12. §. 1. eod.* Bartol. Jason & Dd. *in l. si quis vi. § differentia. de acquir. possess. &c.* iccirco meritò possessio, qua dominium acquiritur, qualis est in usucapione, sit etiam

iam juris. Sed hæc ratio cessat in alia quavis simplici possessione. Vide Petr. Frider. Mindan. *in d. tr. de possessione, c. fin. n. 13. Adde l. 9. §. idem D. si cert. pet. l. 5. & ibi Dd. de Reg. I.* Videatur l. nemo. C. *de acquir. poss.* ubi dicitur: Nemo ambigit possessionis duplicem esse rationem: aliam, quæ jure consistat, aliam quæ corpore. *t. t. Inst. de reb. corporal.*

† Infantes autem dicuntur, qui sunt septennio † minores. *l. 18. C. de jur. delib. l. 1. §. 1. de admin. & peric. tutor. l. 14. de sponsal.* Bartolus & Dd. *in l. inter illum. 217. de V. S.* Cujac. *de præscript. c. 25.* Vocat tamen hanc definitionem in dubium Ant. Faber. 1. *Iurisprud. 12. pr. 6. illat. 8. p. 813.* Ipse censet, infantem esse, qui fari nō potest, sive septem annis minor sit, sive major *per l. 3. C. Qui admitt. ad bon. possess.* sed eo nomine eleganter refutatur ab Osvvaldo Hilligero *in not. ad Donel. lib. 7 Comm c. 9. lit. D.* Menoch. *lib. 2. de Arbitr. Iud. quæst. cas. 57. n. 7. & seqq.* † Hinc Græci infantem ἐπ̓άστην nominant. Harmenop. *lib. 6. t. 6.* Borcholdt. *in tr. de feud. c. 5. n. 46 & de Pact. c. 3. n. 2.* Cujac. *in l. 1. de V. O.* Theophilus infantes dici ait, τοὺς ἔτι θηλάζοντας καὶ μικρῷ μείζονας Val. Franc. *in tr. de fidejussorib. c. 2. n. 5.* Fallit tamen hoc in infantibus, quos Roma genuit. In ijs n. nequitia supplet ætatē. Sebast. Vant. *in tr. de nullitatib. ex defect. inhabilit. p. 342. & seqq.*

† Quinam sint infantes.

Infan-

Infantia vero non est vitium, sicut furor. Jason *in l.1.§.item acquirimus.de acquir. poss.*

Ob defectũ Animi: Furiosus. 8. Propter defectum animi, prohibetur pacisci: I. FURIOSUS, quoniam in eo neque voluntas † est, neque consensus, adeò ut nec in rem suam, nec abs re suâ possit pacisci. *arg. d. l. 5. l. furiosi. 40. de R. I l. 1. §. furiosum. l.14. de offic. Præsid l. 1. §. furiosus. de acquir. poss. l.46. de O. & A. l. 2. C. de contr. emt. l 6. de V. O.* & ibi Donell. *n.* 2. neque hæreditatem acquirere. *l. 63. de acquir. hered.* ne quidem curatore autore. *l. 5. de reg. jur.* Nec enim sensum habet. *l. 22. §. 7. D. solut. matrim.* Hotom. *lib. 4. Obs. c. 6.* Habetur enim prorsus absentis loco. *l. 2. §. pen. de jur. codicill. l. 40. l. 124. §. 1. de* R. I.

† Objectio. Responsio. Nec obstat *l. 2. §. 1. de procur.* Nam ibi non habetur absentis loco furiosus, quoniam ratum habere nequit. Vide Duaren. *de procur. c 4.* Pac. *Enant. cent.* 2. *quæst.* 20. Philipp. Matth. *in l. 5. n. 11. de* R. I. Si tamen intervalla habeat, & eo tempore pactus fuerit, quo sanus erat, valebit pactum. *arg. l. qui testamento. §. ne furiosus. Qui test. fac. poss. §. furiosi. Inst. Quib. non est permiss. fac. test. d. l. 2. C. de contr. empt. l. 6. C. de curat. fur.* Vide latius Borcholdt. *c. 3. n. 4. 5. & 6.* & adde omnino Dd. *ad l. 5. de* R. I.

Reli-

Reliqua quæ de furiosis disposita, quæq; illis negata, scitè congessit Gothofr. *ad l. 13. §. 1. de offic. Præs.* Valent. Franc. *de fidejussoribus. c. 2. n. 6. & seqq.* ubi *n. 7.* tradit, quomodo probetur furor varijs indicijs atque signis. Mascard. *de probat. concl. 826. n. 2.*

Eadem de causa nequeunt pacisci mente capti, *arg. §. sed & mente captis. Inst. de curator. §. 1. Inst. de pupill. substit.* ubi Borcholdt. *n. 8.* *Mente capti*

Tandem huc referunt etiam ebrium *per text. in c.* sanè. *15. causs. quæst.* 1. ubi dicitur, *Ebrius.*
quod † ebrij nesciant, quid loquantur. 9.
c. venter. 35. distinct. c. unusquisq; 25. causs. quæst. 4. Unde etiam delinquentibus in ebrietate pœna solet mitigari. *l. omne delictū. 6. §. per vinum. de re milit. l. 12. de custod. & exhib. reor. l. 11. §. 2. de pœn.* Unde constitutum est ab Impp. ne puniatur, qui de Imperatore temulentus male loquitur. *l. un. C. si si quis Imp. maledix.* & ebrius delinquens
† excusatur non à toto, sed à tanto. Laur. 10.
Kirchov. *inter. cons. div. cons. 14. n. 45.* Habetur enim ebrius absentis loco juxta illud Mimi: Absentem lædit, qui cum ebrio litigat. Sanè in der Reuter bestallung zu Speier/ *art. 50.* cautum est, Es solle in allen Mißhandlungen die Trunckenheit zu

keiner entschüldigung / oder milterung der straff angezogen oder angesehen / sondern vielmehr solche Vorbrechung desto schärffer schwer vnnd gedoppelt gestrafft werden. Et ita Philosophi quoque statuunt, ebrios delinquentes duplici pœna afficiendos. Arist. *lib. 3. Eth. & libr. 2. Polit. c. 10.* Ebrius igitur obligari nequit, scilicet si summè sit ebrius, secus in eo, qui modidicè ebrius est. Val. Franc. *d. c. 2. n. 44. & seq.* An autem major adversus consensum, quem ebrius præstitit, restituatur, videatur Bartol. *& Dd. in l. dolū ex insidiis. C. de dolo.* De delicto in ebrietate cōmisso Bartol. *ad l. 11. §. 2. n. 3. de pœnis.* Vide latius Borchold. *d. c. 3. n. 13. cum multis seqq.* & Jul. Clar. *lib. 5. sent. §. fin. q. 60. n. 12.* Vide omninò Tyraquell. *in ll. connub. 9. n. 205. & seqq. & in l. 15. gl. 8. n. 83. & de pœn. temp. causs. 6.* Menoch. *de Arbitr. jud. Quæst. cas. 326. cas. 361. n. 13. cas. 377. n. 61. & seq. & cas. 404.* Adde Bodin. *lib. 3. de Republ. c. 1 n. 252.* Gœdd. *de contrah. stip. c. 7. concl. 11.* Gail. *libr. 2. Obs. c. 110. n. 24. & seq.* ubi distinguit inter ebrietatem & ebriositatem.

Lege.

Lege prohibentur, quidam ob consensus imperfectionem; quidam ob malos mores.

Ob consensus imperfectionem pupillus.

Ob consensus imperfectionem, pupilli, qui cum tutoris consensu pacisci quidem possunt.

possunt. *l. 5. de R. I. l. 1. §. fin. de V. O.* & sine curatoris quoque consensu, in rem tamen suam. Atque sine consensu nequeunt ab re sua pacisci. Meliorem enim suam conditionem, etiam sine tutoris consensu, facere possunt: deteriorem verò nequeunt. *l. 28. h. t. l. 1. de rescind. vend.* Quod usque eò verum est, ut etiam de pacto nudo debeat intelligi. Producit enim pactum nudum obligationem naturalem, ut *in c. fin.* contra Baronem Connanum & alios demonstrabimus.

At verò pupilli ne naturaliter quidem possunt obligari, sine tutoris consensu, si non locupletiores facti, vel in aliena re dolosè versati fuerint: sicut cū Vultejo & Gœddeo defendimus. *part. 1 trac. Inst. disp. 4. quæst. 10.* † 1. *per l. 59. de O. & A. l. 13. §. 1. l. 41. de condict. indeb. l. 9. de autor. tutor. l. 3. §. pupillus. de negot. gest. l. 27. de V. O.* † 2. quoniam pupillus non potest consentire. *arg. l. 1. §. 13. ad SCtum Trebell.* † 3. quoniam ipso jure munitus est pupillus, qui sine tutoris autoritate contraxit, nec locupletior factus est; atq; restitutionis auxilio non habet opus. *l. 16. in pr. de minor.* Ut igitur obligatus sit, & restitutio locum habere possit, requiretur, utiq; pupillum esse locupletiorē factum. † 4. Quoniam impubes in patris potestate constitutus ne quidē ipso † autore potest obligari.

† An pupillus obligari possit sine tutoris autoritate? Negatur, nisi locupletior fuerit factus.

† 1. Ratio.

† 2. Ratio.

† 3. Ratio.

† 4. Ratio.

obligari. *l.fin.§.1.de V.O.* §. *sed quod diximus. Inst. de inutil. stipul.* nullam nimirum ob aliam causam, quam ut consultum sit postea pupillo, si quid malè gestum est aliquo auctore.

† *Objectio.* † Nec est ut moveamur l. 1. *de novat. l. 64. ad SCtum* Trebell. *l. 21. ad* Falcid. *l. 44 de solut. cum similib. textib.* in quibus naturalis obligatio dicitur esse, si pupillus sine tutoris auctoritate promiserit, vel mutuo pecuniam acceperit.

† *Responsio.* † Generaliter enim respondendum est, in omnibus illis textibus, pupillum factum fuisse locupletiorem; Cum regula generalis sit alia, tamdiu pupillum locu-
12. pletiorem † factum præsumi, quam diu factus non fuerit pauperior. *l. 47. §. 1. de solut: ibi; nam hoc ipso, quod non est pauperior factus, locupletior est.* Sic etiam minor restitutionem petens, tenetur læsionem probare, quemadmodum hoc quidem eruditè & accuratè contra Pinellum pro Molynæo disputat Hartman. Pistorius *lib. 1. quæst. 38. per l. nam postea. 9. § si minori. 4. de jurejur. l. minoribus.* C. *de in integr. restit. l. patri. 27. §. 1. in fin. l. quod si. 24. §. non semper. 1. l. verum. 11. §. sciendum. 3. de minorib. l. 1. C. de tempor. in integr. restit.* licet dissentiat Andreas Fachineus *libr. 2. Controvers. c. 45.*

Cui

Cui non multum adstipulatur *l. 1. & 2. C. si adversus credit.* Nam Imp. ibi non tradit, an creditori, an minori incumbat probatio: sed de facto consultus, in quo minore jam restituto, quærebatur, utrum is jure restitutus esset nec ne, rescribit, jure restitutum esse; Propterea, quod in illo casu non fuerit in rem minoris versa. Pone; minorē causam aliquam, ob quam restituendus esset, docuisse: tunc certè creditoris sortem repetentis partes erunt contrà probare, pecuniam in rem minoris versam esse. Quod si verò restitutionis petitæ nullam potuisset aliam asserere causam, quàm quod pecuniam dissipatam diceret: tum minor hoc probare tenetur. Vide Hartman. Pistor. *lib. 1. q. 38. n. 18.* & *seqq.* Et ideò potissimum versionis probatione nititur. Quoniam etsi minor læsionem probasset: tamen si creditor contrà docuisset, pecuniam in rem pupilli versam esse, nihil minori restitutio profuisset. Pistor. *n. 23. l. 16. C. de præd. min. & in l. fin.* Consideratur quidem versio pecuniæ, sed tamen nihil agitur de versionis probatione, cuinam ea incumbat. *Objectio.* *Responsio.*

† Non obstat *l. 16. C. de præd. min. l. 32. §. 4. de admin. tut.* Nam Respondeo, Si restitutus est minor propter certas caussas, † *Objectio.* † *Responsio.*

tum tenetur probare creditor, rem in ejus utilitatem esse versam. Præsumptio certè
13 est, quod † nemo suum jactare præsumatur. *l. cum de indebito. de pact. si defunctus.* C. *arbitr. tut.* Vide l. 10. & ibi Gothof. C. de præd. min. Scip. Gentil. *de alim. c. 29.* Hac de re disputat in utramque partem satis eleganter Octav. Simoncell. *de decret. min. lib. 3. tit. 7. & seqq. p. 343.* Mauric. *de restit. in integr. c. 278.*

† *Objectio.*

Acrius equidem obstare videtur *l. 25. § 1. quand. dies leg. ced.* ubi naturalis obligatio dicitur, si Sejus pupillus, sine tutoris auctoritate, nummos accepisset, nec locupletior factus esset. † Qui textus etiam movit Cujacium *libr. 17. obs. c. 4. & ad l. 127. de V. O.* Charond. *in not. ad d. l. 25.* Pacium *cent. 4. quæstion. 10.* Vultejum *libr. 1. disscept. c. 16.* Borcholdt. *de reb. credit. c. 3.* Cludium *de sequestrat. c. 12. n. 10.* & alios plerosq; neotericos, ut particulam NEC *in d. §. 1.* positam exterminarent, & pro NEC, ET, substituerent. † Quo nomine tamen reprehenduntur a Robert. *libr. 2. select. lect. c. 17. & lib. 3. Animadvers. c. 21.* Gœdd. *in tr. de contrah. stipul. c. 7. n. 249.* & Philippo Matthæo *ad l. 5. de R. I. n. 24.*

† *Responsio Cujacij.*

† *Refutatur*

† *Responsio vera.*

† Ego cum his soleo respondere, decidi ibi quæstionem nō ex † voluntate juris, sed
14 ex voluntate testatoris, qui nesciebat, an pupil-

pupillus locupletior factus esset: & decidi, quoad naturale factum, quod subesse vel sequi potest. Referetur nimirum naturalis obligatio *in d.l. 25.* nō ad debitum præsens; quippe quod nullum erat, pupillo necdum locupletiore facto: sed ad illud debitum, quod postea contingere possit, si videlicet pupillus locupletior pecuniam exsolvat. Quid enim, si pupillus pecuniam sine tutoris autoritate acceptam in negotiationē contulerit, ex quo nō protinꝰ locupletetur, sed intervallo interjecto?

Textus igitur illius hæc quæstio est, quando hujus legati. *heres meus Titio dato, quod mihi ejus pupillus debet,* dies cedat? Jctus ex voluntate testatoris ita distinguit; aut testator præsentem obligationem (quæ executionem habet paratam) respexit; aut de naturali tantum cogitavit obligatione, & futura solutione, i. e. de obligatione, non quæ esset, sed quæ posset esse. Priore casu, legatum nullius est momenti. Posteriore, legatum quidem valet, sed quasi sub conditione, ut peti non possit prius, quàm spontè pupillus solverit. Quod autem attinet ad diem legati, cedit is statim à die solutionis. Atque ita non est opus, ut corrigamus textum. *d. l. 25. Quando dies legator.*

 † Oppo-

†*Objectio.* †Opponunt etiam l. 95. §. *aditio. de solut.*
† *Responsio.* † Et quidem Philip. Matthæus Vir Cl. respondet eam de retentione loqui, quę majorem † favorē, quàm acquisitio contineat: quemadmodum etiam antea responderat Vultejus *discept. lib. pag. 191.* Et quod retentio sit favorabilis, probat Sichardus *in l. 4. C. de Usur.* Et quin textus loquatur de retentione, nemo poterit negare. † Sed tamen hæc solutio mihi non placet, liberè nimirum in disciplina nostra philosophanti. Et liberè philosophandum † utiq; in tantum, ut si filius à patre dissentiat, pietatem minimè lædere videatur. *l. 3. §. 6. de condict. ob caus.* Knichen. *de Vestit. pact. c. 2. n. 31.* Gravis autem est ratio, cur dissentiam. Nam retentio † naturalis obligationis effectus est. *l. naturales. 10. de O. & A. l. fidejussor. 16. §. 4. de fidejussoribus. l. si pœnæ. l. si dominus. de condict. indeb. l. 49. §. 3. de solut.* Jason. *in l. ex hoc jure. de just. & jur. & in l. si non sortem. §. libertus. de condict. indeb.* Donell. *libr. 12. Comm. c. 2.* Jam si semper & indistinctè retentio locum haberet, etiamsi pupillus locupletior non esset factus; necessariò sequeretur inde, pupillum naturaliter etiam obligatum esse, licet non sit locupletior factus. Probabilius fortasse videatur alicui, cum Cujacio

(Margin: 15. beside "jorem † favorē"; †*Refutatur* beside "de retentione, nemo"; 16. beside "phanti. Et liberè"; 17. beside "tiam. Nam retentio")

jacio pro IN SOLIDUM, legere IN SOLUTUM. Sic enim etiam alibi, quidam libri Florentini legunt PRO SOLVENDO; cum tamen Mstus & veteres, & quidam libri etiam recentiores codices legant PRO SOLIDO. *l. fin. de distract. pign.* Quam lectionem ipsius contextus series suadet. Manuscript. gl. ponit hujus rei rationem in L. Falcidia. *Responsio Cujacij.*

Sed malo tamen, in hæreditatis aditione, eam ponere. Nam si non adiisset creditor hæreditatem, non plus consecuturus fuisset, quam quo pupillus ex mutui datione factus fuerat locupletior. Habet autem beneficio successionis, quod alias consequi non potuisset. Et ratio, quoniam creditor in jus pupilli successit. Consequitur igitur solidum; non obligationis jure, sed jure successionis. Probatur hæc solutio per ipsum textum, ibi, aditio pro solutione cedit. Nec obstat verbum Crediti: nam subintelligitur propter aditionē. Vide Vultejū, *libr. discept. c. 16. p. 191.* Gœddeum *de contrah. stip. c. 7. n. 252.* Philipp. Matthæum *in d. l. 5. de* Reg. I. Cujac. *in l. 127. de V. O. & in lib. 28. Quæstionum Papin. in explicat. h. l.* *Responsio Authoris.*

† Objiciunt etiam l. 1. *de contrar. tut. act.* ubi pupillus obligatur tutori civiliter, *† Objectio.*

Responsio. etiam sine ejus auctoritate. Sed facilima solutio: primò, quoniam hæc actio tutori datur finito demum officio; quando nimirum pupillus esse desijt. *d.l.1.§.3.l.1.§.fin. l.4.l.9.§.2.l.18.de tut. & rat.distrah.* Deinde datur hæc actio ex administratione; nimirum, quoniam per eam pupilli conditio facta fuit melior. *d.l.1.in pr.de contr.tut.act. ibi,ex administratione scilicet. arg.l.5.in pr. de auctor.tut.*

Cæterum etsi pupillus contractibus citra tutoris autoritatem initis, quibus conditionem suam deteriorem fecit, omninò non obligetur quoad suam personam: res
18. tamen ipsa si † spectetur,& respectu tertij, scilicet fidejussoris obligari creditur: etiamsi nō fuerit factus locupletior *l.127. de V.O.l.25. de fidejussor.l.35.de arbitr.l.32.de pact.* Ratio est in *l.19.de R.I. in l.penult. ad SCtum Maced. in l.48.de fidejussor. in l.7.§si necessaria. Qui satisd.cog.* Sic etiam pupillus sine tutoris autoritate obligatur, ubi ex re actio venit. *l.46.de O.& A. l.25.§.16.D. Fam. Hercisc.* Sic si minor re tantū deceptus, restitutionem impetret, fidejussores nihilominus manent obligati. *l.1.2.C. de fidejussor. minor.* qui omninò liberarētur, obligatione prorsus sublatâ. *l.129.§.1. l.178.de R.I.l.37.de fidejussor.* Atq; ita docent rectè Donellus *in l.127.de V.O.* Wesenbec. *in §. pupillus. n.2.*

Inst.

Inst. de inutil. stipul. Joh. Zanger. *in tr. de except. p. 3. c. 3. n.* 20. Obrecht. *disp. de tutel. th.* 530. & Joh. Niellius *disp. feud. 2. th. 4. lit.* C. Planè ex constitutione Divi Pij hæc obligatio facta est etiam civilis, *l. 3. §. pupillus. l. 6. l. 34. de negot. gest. l. 9. de inst. act. l. 1. §. an in pupillum. depositi. l. 1. in pr. & §. 3. d. contr. tut. act. l. 5. in pr. de auctor. tut.* Vultejus *de discept.* 16. Anton. Faber. *libr. 8. Conject. 5.* Hotom. *in pr. Inst. de Oblig.* Duaren. & Cujac. *in d. l. 127. de V. O.* Val. Franc. *de fidejuss. c. 2. n.* 94.

Cæterum etsi hæc verissima sint, quæ hactenus docuimus. Quia tamen recentiores quidam novis argumentis nostram sententiam impugnare conantur, Dominicus Arumæ, *in tr. de morâ. c. 6. n. 10. & seqq.* Harprecht. *ad pr. Inst. de authoritat. tutor.* Iccirco nos eam defendemus. Et constat ab initio nec adversarij diffitentur, quod pupillus locupletior factus, naturaliter obligetur etiam sine tutoris auctoritate. Obligatur enim hoc casu civiliter & conveniri potest. *l. 3. §. D. de negot. gest.* Ergo multo magis naturaliter. *l. 13. §. fin. de condict. indeb. l. 66. de solu.* Et hæc sentẽtia sane proba est, & æquitati cõveniens, ne pupillus cũ alterius damno rem suã reddat meliorem *l. 13. in fin. & l. seq. de cõdit. in deb. l. jure naturæ. 206. de R. I.*

An autem etiam eo casu, si pupillus sine tutoris auctoritate cõtraxit & locupletior

factus

factus nõ est, nihilominus naturaliter obligetur hoc ipsum est, quod cõtrovertitur?
1. *Opinio.* Affirmat Arumæus post Donellum, Harprecht. & alij quidam Moderni. Nos negamus. Etsi verò negativa † transferat onus
19. probandi in adversarium; & eo ipso probetur, quod contrarium non probatur. Pacian. *in tr. de probat. lib. 1. c. 35. n. 1. & c. 46. n. 52.* Lanfranc. de Oriano. *in cap. quoniam. de probat. n. 4.* Fr. Hercul. *in tr. de probat. negativæ*: bonitate tamen causæ freti negati-
† *1. Ratio.* vam nostram probabimus. † Et adduco primò principium *Inst. de Authoritat. tutor.* ubi apertè dicitur, quod meliorem condicionem liceat pupillis facere etiam sine tutoris auctoritate: deteriorem vero non aliter, quàm cum auctoritate. Ubi
20. benè notetur verbum NON † ALITER, quod æquipollet universali negativæ. Et paulò post subjicit, *QUOD INVICEM PUPILLI NON OBLIGENTUR*: quod idem est quasi diceret, quod non aliter obligari possint pupilli sine tutoris auctoritate, quàm si meliorem condicionem suam fecerint. Est autem juris, quod quando nega-
21. tiva † præcedit actum potestativum, inducat necessitatem præcisam & abneget omnem potentiam. *c. 1. & ibi gl. de R. I. in verb. non potest, n. 6.* Pacianus *de probat. c. 35. n. 28.* ubi plurimos allegat. Hippol. de Marsi-

Marsilijs *in Praxi Crim.* §. *sequitur. n.* 15. *&* 18. *Instantia.*

Nec est, ut quis inter pupillos infantiæ, & pubertati proximos: vel inter obligationem naturalem & civilem distinguat. Nam quoniam ipse non distinguit; Ergò nec nos distinguere debemus. *l. de precio. & ibi. Dd. de Publ. in rem actione.* Sed & textus generaliter dicit NON ALITER, id est, nullatenus & nullo modo: & iterum subjicit NON OBLIGANTUR. Negatio verò generis † secum trahit negationem speciei. *l. si quid. §. inter emptum. de leg.* 3. Pacian. *lib.* 1. *de probat. c.* 35. *n.* 3. & longè † plus importat negatio quàm affirmatio. Pacian. *d. c.* 35. *n.* 4. & mera negatio universalis importat nullitatem actus ipso jure. Pacian. *d. loco. n.* 70. *Responsio.* 22. 23.

† Deinde adduco l. 28. *in pr. de pact.* Tertio adduco l. 1. *in fin. & l.* 3. *ff. commodati.* Nam in fine l. 1. proponitur regula, quod commodatum in pupilli persona sine tutoris auctoritate non consistat; in l. 3. subjicitur exceptio, si nimirum pupillus locupletior factus sit. † 2. *Ratio.* † 3. *Ratio.*

† Quarto adduco l. 66. *de solut.* ibi, non obligatur, quæ est negativa universalis. Exceptio verò ibidem subjicitur, quod teneatur in quantum factus sit locupletior. † 4. *Ratio.*

†Quintò

† 5. Ratio. † Quinto facit etiam huc l. 9. *de authoritat. tutor.* ubi Gajus dicit: *Obligari ex omni contractu pupillus sine tutoris auctoritate non potest*, quod idem est, ac si dixisset, ex nullo contractu, & nullo modo, ut notant ibidem
24. Bart. & alij Dd. Ratio. Nam negatio † postposita signo universali, æquipollet suo contrario. Pacian. *d.c. 35. n. 68.*

† 6. Ratio. † Sed ut rem magis tangamus, adducamus textum ex l. 59. *de Oblig. & Action.* ubi Licinnius pro regula ponit, quod pupillus mutuam pecuniam accipiendo sine tutoris authoritate, ne quidem jure naturali obligetur: & Neratius in l. 41. *de condict. indeb.* quod pupillus sine tutoris authoritate stipulanti promiserit, solverit, repetitio est: *quia nec natura debet.*

1. Argum. Qui textus duplex argumentum suppeditat. 1. Quod repetitio datur pupillo; cum tamen præcipuus obligationis naturalis effectus sit soluti retentio. Nam naturales obligationes etiam eo æstimantur, si pecunia soluta repeti non possit. *l. naturales. 10. de Oblig. & Act. l. 16. §. 4. de fidejussoribus. l. sic pene. l. si dominus: de condict. indeb.* Sic igitur argumentor: semper, quando naturalis obligatio minimum quidẽ subest,

est, tunc repeti quod indebitè solutũ est, non potest *d. l. 10. de oblig. & Act.* At verò, si pupillus solverit, quod sine tutoris authoritate promisit, is hoc solutum nihilominus repetere potest. *d. l. 41. de condict. indeb.* Ergo eo casu nulla subest obligatio naturalis. Respondet quidem Donellus obligari *Objectio.* pupillum, si res spectetur, non item si persona. *Donell. in l. 27. de V. O.* de quo supra vidimus. Apertius vult respondere Arumæus, pupillum scil. tam respectu personæ, quam præstiti consensus circa rem obligari, hoc est, sic teneri, quemadmodum alius quicunq; naturaliter obligatus; modò casum unicum excipiamus repetendi, nimirum soluti. Resp. Sed invicem regero *Responsio.* præmissam regulā universaliter & negativè conceptam & quæ ad eam supra allegata. † Deinde non præsumitur pro specialitate, sed magis pro † regula *l. quod liquido.* 25.
§. fin. de pen. legat. l. ab ea parte. de probat. & ibi Bart. *l. suus. §. puto. de hæred. instit.* Gail. *in tr. de arrest. Imperij, c. 11. n. 31.* Regula nāq; juris † stenaciter servanda, nisi dispositio specialis in 26.
contrarium appareat ejusdem ratio. *l. si tutor.* & ibi Bald. *C. de servo pignoq; dato manumiss.* Et quod subjicit Arumæus HOC PRO DEBITI QUALITATE RECEPTUM ESSE, id apertè refragatur Neratij verbis: *QUIA NEC NATURA DEBET.* Nec

Objectio. Nec juvat ipsor annotatus ab ipso natabilis ejus obligationis effectus, quod nimirum, si minor major factus, debitum naturale agnoverit & solverit, id non repetatur *l. 25. §. 1. Quando dies legat.* Præter

Responsio. quàm enim quod in textu non habetur, ut infra dicemus; Etiam argumentum hoc nihil concludit. Nam etiamsi causa vel obligatio nulla subsit: tamen major factus ratum habere potest. *t. t. C. si major factus alienationem factam sine decreto ratam hab. lib. 5. tit. 74.* & ibi Cujac. *in paratitl.* Menoch. *de recuperand. poss. remed. 15. n. 106. & seqq.*

Sed & contrarium verius est, per l. 13. *in fin. de cond. indeb. ibi*, locupletior factus & *ibi* pubes factus, argumento nimirum à contrario sensu; quod non modò juri vel ejus rationi non adversatur hoc casu: sed imò juvatur per hanc nostram *l. 41.*

Instantia † Quod autem *in l. interdum. 29. de condict. indebit. & §. fin. Inst. quib. alienare liceat.* præsupponit obligationem civilem, hoc expressim ibi non habetur.

Responsio. At verò demus illam obligationem civilem: quid inde? Repetit pupillus, si civiliter debitum solvit sine tutoris authoritate propter personæ qualitatem: An inde sequitur, Ergo non potest ex alia causa repetere?

petere? Hoc nego. Poteſt allegare pupillus, quod ſolverit ſine tutoris authoritate. Quid autem, ſi is, cui ſolutum eſt, prætendat, quod tamen debitor ſiet. *l. 60. de condict. indeb.* an nonnè tutius, ut petat ex alio capite, *QUIA NEC NATURA DEBET*: pari modo ex privilegio & conditione perſonæ. *l. 3. & l. 11. de O. & A.*

Alterum textus noſtri fundamentum conſiſtit in his verbis: *QUIA NEC NATURA DEBET. QUIA*, † inquit, quæ conjunctio cauſalis eſt, & ab adverſarijs malè pro adverſativa ſumitur. NEC, inquit, quæ eſt universalis negativa, & innuit, quod multo minus civiliter. Dicit, *NATURA DEBET*. Is autem natura debet, quem jure gentium dare oportet. *l. cum amplius. 84. §. 1. de R. I.* 27.

At inquit, ſi obligetur pupillus in eo casu, cum locupletior factus eſt, utique procedit obligatio ex conſenſu ejus. Nam eventus ille, qui eum locupletiorem eſſe oſtendit, nihil addere vel detrahere conſenſui poteſt. Ergo & conſentire tunc poteſt, cum locupletior non eſt. Nulla enim obligatio ſine conſenſu. Quapropter ſi conſentire poteſt, utique & obligabitur non civiliter. Ergò naturaliter. Reſpond. in hoc argumento multa deſidero, 1. Nego, quod *Objectio.* *1. Reſponſio*

K

go, quod pupillus sine tutoris authoritate
28. consentire possit. Nam pupillus † nec velle nec nolle in ætate, nisi apposita tutoris authoritate creditur. *l. pupillus. 189. de* R. I. *l. 1. §. 3. ad SC. Trebell. l. 5. §. 1. l. 9. §. 1. de au-*
2. *thor. tutor. l. 9. de acquir. hered.* 2. Deinde, si maximè consentire possit: consensus tamen iste non est perfectus, sed authoritate tutoris perficiendus. *l. 5. de* R. I. *l. fin. de Iuris & facti ignorant. l. 13 de author. tutor.* Nam quod animi judicio fit, in eo tutoris authoritas necessaria est. *d. l. 189. de* R. J. quæ requiritur ad integrandas & habilitandas personas. Rauchbar. *p. 1. q. 24. n. 15. & seq.* Gœdd. *ad l. 21. de V. S. n. 3.* Pupillus igitur sine tutoris authoritate non obligatur Jure civili. *l. 43. de* O. *& A.* Sed nec naturali *l. 41. de condict. indebit.* Requiritur enim con-
29. sensus † perfectus etiam in obligatione naturali. *l. 1. de pact. l. quoties. qui satisdar. cog. l. hac cõsultissima. §. ex imperfecto. C. de testam.*

3. 3. Deinceps nego, quod si pupillus locupletior est factus, tunc obligetur ex suo consensu. Obligatur n. magis ex re *l. 46. de* O. *& A.* & eo ipso quod locupletior factus est. *l. 3. § 4. de negot. gest. l. 1. in fin. & l. 3. ff. commodati. l. 66. de solut.* Nego, quod eventus ille locupletationis nihil addat vel detrahat consensui, per jam dictas LL.

4. Quartò nego consequentiam ejus argumen-

gumenti: Consentire potest, si locupletior fit: Ergo consentire potest, si locupletior nō fit. Nam quod pupillus locupletior factus obligatur, ideo fit; quoniam naturà æquum est, neminē cum alterius detrimēto fieri locupletiorem *l.14. de condict. indeb.* quæ ratio cessat, si locupletior non fiat. Quintò, nego consequentiā ejus argumēti: Consentire potest. Ergo obligabitur *t.t. Inst. quib. al.lic.vel. non.pr. Inst. de Author.tutor.* 5.
Deniq; nego cōsequentiam ejus argumenti; nō obligatur civiliter: Ergo naturaliter. Quippe quod pupillus hoc casu planè obligatur, *l.50.de O. & A.l.41.de cōdict.inde* 6.

† Instat autem & consensum ostendere vult Arumæus isto argumento, quod pupillus injuriā facere possit. *l.111.de* R.I. Et quod in † delictis obligetur non sine consensu *l.55.de furtis.&c.* Respōdeo 1. Fictione quadā hujusmodi impuberes pro puberibus, in furtis, injuriis, fraudibusq; cunctis habere solent. *l.4.§.23.de doli mali & met.except. Ræv ard.ad d.l.111.de* R.I 2. Deinde quāvis absq; προαιρέσεως delicta non fiant: non tamen secudū propositum solum, sed etiā aliquo actu adsumto intelligi cōstat *l.225.de V.O.* Tertio Resp. Quod obligationes ex maleficio venientes magis ex re & ipso facto, quàm ex cōsensu nascantur *l. 4. de O. & A. pr. Inst. de obligat. quæ ex delicto nascuntur.*

Objectio. 30. † Responsio. 1. 2. 3.

Etsi namque delinquentes in hoc consentiant, ut delictum fiat, non tamen in id
31. consentire creduntur, ut ex † maleficio obligentur. Jure siquidem naturali rei ipsa absque consensu & conventione obstringuntur. Harprecht *ad d. pr. Inst. de ob-*
4. *ligat. quæ ex delict. nasc. n. 3.* Quarto Resp. Si maximè quidem obligentur pupilli in delictis ex suo consensu, non tamen sequitur, quod etiam in pactis & contractibus. Nam à delictis ad contractus tunc est argumentatio bona, quando eadem
32. ratio † subest in utroque, nec contrarium in jure reperitur expreßè decisum. Salicet *in l. unica. C. ubi de poss. agatur. Everhard. in topic. in LL. in loco à contractib. ad delicta.*

Quod cum animadverteret; in hoc non inhæret, sed ad textus Juris se accingit.
†Objectio. † Et primo proponit l. 3. §. *Pupillus, 4. de negoc. gest.* ubi pupillus conveniri potest. Agendo autem compensationem ejus,
† 1. Respons. quod gessit, patiatur. † Resp. ipsi primo cũ Cujacio, quod pro PUPILLUS SANÈ legendum sit PUPILLI SANÈ SI QUIS, *per l. 6. in pr. l. 37. eod. l. 32. C. eod. & per §. seq. & iterum per §. antecedentẽ.* Versatur enim JCtus ibi in explicatione vocabuli ex edicto perpetuo ALTERIUS. Quo sensu non loquitur de pupillo negociorum gestore, sed de

alio,

alio, qui pupilli negocia gessit, Cujac. *lib. 13. Obs. c. 7.* Deinde retineo lectionem vulgatã & respondeo, quod loquatur de pupillo, qui factus est locupletior, *ibi, in id, quod factus est locupletior.* Dicit igitur textus, quod pupillus, qui negocia gessit, puta sine tutoris authoritate, (quod tamen etiam in textu non habetur) conveniri possit in id, quod factus est locupletior: Id quod sententiam nostram confirmat magis quam infringit. 2.

Nec juvat Arumæum sequens versicu *Objectio.*
lus: agendo autem &c. Nam & ille loquitur de pupillo locupletiore facto: quod probo primò, quoniam pupillus in dubio *Responsio.*
præsumitur locupletior factus *l. 47. §. 1. de* 1.
solut. Deinde, per particulam † *AUTEM*, 33.
cujus ea natura est, ut repetat præceden- 2.
tia cum omnibus suis qualitatibus. *Dd. in l. 2. §. fin. Ne quis eum &c.* Natta *consil. 459. n. 2.* Matth. Cuno *in tr. de pact. c. 23. n. 42.*
Tertiò, quoniam nõ dicitur in texu, quod malè gessit, ut Arumæus præsupponit, sed 3.
dicitur quod gessit. Et quanquam malè gesserit ejus nimirum intuitu, cujus negocia gesta sunt: fructus tamen ex illa gestione perceptos in usus suos convertit, & inde locupletior factus est. Ergo meritò, si agat contrariâ negotiorum gestorum a-

 ctione,

ctione, compensationē patitur ejus, quod gessit. Nam & qui patitur actionem, multò magis patitur compensationem. Venit
34. enim in compensationem † etiam, quod natura debetur. *l. 6. de compensat.*

Objectio. Addunt secundo. §. *praeterea. Inst. quib.*
Responsio. *mod. tollitur obligatio.* Resp. quod magis juvet nostram sententiam. Nam dicit, quod novatio cum pupillo sine tutoris authoritate facta sit inutilis & nulla, quod etiam habetur in l. 20. *de novat.* Et est ratio, quoniā pupillus nec naturaliter obligatur, sine tutoris authoritate, nisi locupletior factus. *l. 5. de author. tutor.* Quòd autem obligatio prior tollitur, id fit propter dolum creditoris novare volentis. *l. 84. in fin. de fidejuss.* Si verò novatio cum servo facta fuerit, prior obligatio manet. Ratio: quia novatio novantis personam desiderat. Servus a. personā in jure non habet. *l. 32. de R. I.* Non igitur rationem ponamus in eo, quod pupillus naturaliter sit obligatus. Nam si ratio, cur cum pupillo facta novatio valeat, ut prior obligatio tollatur, poni debeat in eo, quod pupillus naturaliter sit obligatus: consequens foret, idē de servo dici debuisse. Nam naturaliter etiam servus obligatur *l. naturaliter. 13. de condict. indeb.* Est igitur hoc argumentum conclusio desumta ex non causa quasi ex causa.

Progre-

Progreditur Arumæus *ad l. 25. §. 1. ff. quando dies legatorum cedat.* ibi, nec locupletior factus.

Quibus non obstat, quod JCtus proponat utile legatum. Nec enim hoc facit simpliciter, sed cum quadam distinctione. Nam, inquit, si petitor ad pręsens debitum verba retulit (eo scilicet casu, quando pupillus, qui sine tutoris authoritate nummos accepisset, locupletior factus nō est,) nullius momenti legatum erit, *QUIA, NIHIL EIUS DEBET*, quippe, quod nondum factus fuit locupletior; Quod si vero inquit, verbo debiti naturalem obligationē scil. aliquando eventuram, eo casu, si locupletior redderetur; *ET FUTURAM SOLUTIONEM COGITAVIT*, utile legatū erit à die solutionis. Et benè notetur adversativè particula, *QUOD* si, & particula *COGITAVIT*. Nam inde patet, quod JCtus illā quæstionem decidat non de præsenti & ex jure, sed de futuro & eo quæ cogitavit testator. *Objectio.* *Responsio.*

Non obstat, quod naturalis obligatio tamen subsit, & quod aliàs frustra quæreretur, an ejus legati dies cedat: Nam decisio fundatur à præsupposita & cōjecturata testatoris voluntate, quando nimirū is cogitavit naturalē obligationem & futurā solutionē, i, e., quando legatum in eam conditionē reliquit, si pupillus fuit factus locupletior. *Objectio.* *Restrictio.*

 Possum

2. *Responsio.* Possum etiam ad eum textũ cum Valent. Franco respondere distinguendo, nimir., utrũ pupillus obligari debeat respectu sui an v. respectu alterius. Respectu sui naturaliter nõ obligatur sine tutoris auhoritate; nisi locupletior redditus. Respectu alterius obligatur naturaliter, licet nõ sit fa-
35. ctus locupletior. Ponamus† igitur non tamẽ concedentes, quod in *d.l.25. §.1. Quando dies legat. cedat.* pupillus non fuerit factus locupletior: obligabitur tamen naturaliter non respectu sui, sed habito respectu ad heredem & legatarium, cui illud legatum, nempe debitum pupilli relictum erat. Valent. Franc. *in tr. de fidejuss. c. 2. n. 88. & seq.*

Objectio. Adducit amplius *l. si pupillus, 127. de V.O.*
Responsio. Et reprehendit Gœddei solutionem. Sed nos alio modo respondemus, nimirum, quod obligetur pupillus, si non respectu sui vel quoad suam personam: Respectu tamẽ tertij scil. fidejussoris, etiamsi locupletior factus non fuerit. *l.25. de fidejussorib.* l. *33. de pact.* Ratio est in l. *19. de R.I. in l. pen. ad SC. Macedon: in l.48. de fidejuss. in l. 7. §. si necessaria. Qui satisdare coguntur.* Sic etiam obligatur pupillus, si ex re actio venit. *l. 46. de Obl, & A. l.25. §. 15. fam. hercisc. l. 15. de pecul.*

Nec

Nec tandem obſtat *l obligari 42. de O. & A.* Nam argumentum à contrario ſenſu non † procedit in jure, quoties lex & ratio reſiſtit. Sanè jure novo, ſi pupillus locupletior factus eſt, non ſaltem naturaliter obligatur, ſed etiam civiliter ex conſtitutione Divi Pij, ut ſupra diximus, *Objectio.* *Reſponſio.* 36.

Deinceps puberes minores, licet cum conſenſu curatorum, & ſine cõſenſu quoque curatorum, in rem ſuam paciſci poſſunt: ab re tamen ſua, ſine conſenſu curatorum, utrum id facere queant, valdè controverſum eſt. Dubitatur enim, an hoc modo poſſint obligari? Et concedent omnes fere facilius, naturaliter ipſos obligari poſſe. Quod ſi verum eſt, conſequetur exinde, poſſe ipſos hoc modo paciſci, non quovis tamen pacto, ſed nudo jurisgentium. Nam nudum jurisgentium pactum producit obligationem naturalem; legitimum pactum, & id quod cauſſam habet, producit obligationem civilem. 27. In eo verò, neutiquam conveniunt omnes, utrum † civiliter in hoc caſu poſſint obligari. Quapropter tractemus id hoc loco paulò latius. *Minores.*

Quæstio est, utrum puberes minores sine curatorum, quos habent, consensu, tum etiam obligentur, si fiat ipsorum conditio ex obligatione deterior?

Affirmat Cujacius *ad l. 101. de V. O. & libr. Obs. 7. c. 11. & 19. obs. c. 33.* & sub nomine Mercatoris, *l. 1. notat. ad Animadvers. Roberti c. 12.* Vultejus *1. discept. c. 16.* Borcholdt. *de jurejur. c. 3.* Bronchorst. *cent. 1. assert. 25.* Fachineus *lib. 2. Controv. jur. c. 9.* Val. Franc. *in tr. de fidejussor. c. 2.* Videatur Petr. Frider. Mindan. *lib. 2. de mandat.* † 1. Ratio *in l. 101. de V. O.* ubi puberes, sine curatoribus suis, possunt ex stipulatu obligari. † 2. Quoniam de impuberibus saltē hinc inde prædicatur, eos sine tutoris auctoritate non obligari. Puberes igitur sine curatoris auctoritate obligantur. Nam & in aliis plurimis rebus plurimum inter se distant pubes † & impubes. *l. fin. §. 1. de V. O. l. 6. de novat.* Quam rationem ut illustriorē faciat Cujacius, adducit aliquot ejus discriminis inter pupillos & puberes exempla. Pubes, inquit, potest nubere *l. sciendū. de ritu nupt.* puberi rectè solvitur sine curatoris auctoritate. *l. ait Prætor. de minorib.* Pubes rectè jusjurandum defert in judicio, sine curatoris auctoritate. *l. nam postea, §. si minor. de jurejur.*

† 1. Ratio.

† 2. Ratio.

38.

jurejur. Pubes solvere potest sine curatore suo *l. 1. §. fuit. ad SCtum Trebell.* Pubes hereditatem adire potest sine curatore. *l. cum in unâ. §. fin. de appellat. &c.* Quæ omnia, non ita locū habent in pupillo. Non enim ideo commemorat hæc singula *in d. l. 101. de V. O.* quasi velit ex ijs inferre vel probare, minorem 25. annis obligari sine curatore: sed ut doceat, inter pupillum & puberem, quot, quantæq; sint differentiæ † Addi his potest etiam 3. Ratio. Quoniam obligatio est jus personarum. Cura verò non tam personam † respicit, quàm res & negocia. Cura igitur non pertinebit ad obligationem. † 4. Ratio *ex l. 43. de O. & A.* † 5. Ratio, quoniam curatoris auctoritas in contractu minoris est inutilis. E. nec erit necessaria †. 6. Ratio, quoniam minor testamentum facere potest, & in eo manumittere. Multò magis igitur poterit obligari. Et hæc pro affirmativa.

† 3. Ratio.

39.

† 4. Ratio.

† 5. Rati.

† 6. Ratio.

† Contra verò negant Duarenus & Donellus *ad d. l. 101. de V. O. & lib. 12. Com. c. 22.* Robert. *libr. 1. Animadv. c. 12.* Gœdd. *ad l. 21. n. 5. & seqq. de V. S. & in tr. de contr. stipul. c. 7. concl. 14.* Author, *consult. constit. Saxon. p. 1. q. 34. n. 6.* Johann. Mercer. *libr. 1. Opin. c. 6.* Niell. *disp. feud. 2. th. 4. lit. D.* † Et hæc sententia procul dubio verissima est. Fundamenta sunt. † 1. *l. 3. C. de restit. in integr.*

2. *Opin. Negativa.*

Quam probat autor.

† 1. *Ratio.*

† 2. quo-

†2. Ratio. †2. Quoniam lex Letoria prohibuit à minore stipulari. Forster. *libr. 1. hist. Rom. de* †3. Ratio. *legibus Antonij & Cæsaris.* †3. Quoniam puberum bona ab ipsis administrari nequeunt. †4. Ratio. *l. sancimus. C. de administr. tut.* †4. *per* †5. Rati. *l. 4. C. de reb. cred. & jurejur.* †5. Quoniam sicut tutor personæ datur, & per consequentiam rebus: ita curator rebus minoris principaliter datur; per consequentiam quoque personæ *l. 8. C. de nupt.* Quin imò Mercer. *in d. c. 6. circa fin.* existimat, eos curatores, bonorum tantum administrationem habere, qui dantur adultis. Unde fit certè, ut pubes curatore accepto nō habeat omnino liberum consensum. †6. †6. Ratio. Quoniam distingui debet inter puberem curatorem habentem, & curatorem non habentem. Si enim habet curatorem, administrationis periculum ad eum curatorem spectat. *l. sancimus. C. de admin. tut. l. in copulandis. C. de nupt. l. 20. de ritu nupt. l. 33. §. 1. de admin. tut.* Ergò meritò recipitur, ut tum nihil fiat sine ejus consensu & au- †7. Ratio. ctoritate. †7. Quoniam hoc fine curatores puberibus dantur, ut, cum per ætatem negocia sua tueri non possint, alij ea tueantur. *l. 1. de minor.* Bonorum autem & negotiorum administratione continentur quoque obligationes. *l. 21. de V. O.*

†Quo-

† 8. Quoniam eadem est auctoritas tuto- *† 8. Ratio.*
rum & curatorum, ut vel inscriptio *in ffti.*
indicat. † 9. Quoniam si minor procura- *† 9. Ratio.*
torem citra curatoris auctoritatem dede-
rit, & sententia pro minore lata sit, valet
sententia; cum tamen omninò nulla sit,
si contra minorem sit lata *l. 14. & ibi*, Si-
chard. *C. de procurat. Duaren. de procur. c. 6*, *†Refutatur*

Non itaque primò obstat *l. 101. de V. O.* *sententia*
ut ex deducendis jam fiet manifestum. *affirm.*
† Et sunt ab initio, qui censeant obligari *1. Opinio.*
puberes † sine curatoribus suis scilicet na- *†Explicatio*
turaliter. † Verum ab his rectè recedunt *l. 101. de V. O.*
Robert. Vultejus, Cujacius & alij. Primo
namque tralaticium in jure nostro est ver- 40.
bum in dubio positum in potiori † signifi- 41.
catione sumi debere. Potior autem hæc,
ut obligationem civilem intelligamus.
Deinde convincit hanc refutationem par-
ticula ex stipulatu, quæ producit civilem
obligationem & actionem. Tertia ratio,
quod ita non opus esset restitutione in in-
tegrum, quæ tamen *in d. l. 3. C. de restitut.*
conceditur.

† 2. Opinio Martini Rogeri, Duareni, & *2. Opinio.*
aliorum communiter, qui hanc *l. 101.* in-
terpretantur de puberibus, qui curatores
non habent, quam etiam sequitur Mer-
cer. Gœddeus, Donellus, & alij. Quan-
doqui-

doquidem autem vident, eam interpretationem Cujacio & ipſi Roberto propterea non probari, quod *in d. l 101.* reperiatur relativū *SUIS*; quo ſatis innuitur, habuiſſe puberes curatores, & tamen ſine ipſorum conſenſu contraxiſſe; & ea quoq; de cauſa lex ratione dubitandi careret, ſi puberes curatores non habuiſſent: Iccirco multa ſubtiliter excogitaverunt.

Et quidem Donell. *d. lib 12. Comment. c. 22.* putat, aut deeſſe hic negationē: aut *SUOS* hic certè intelligendos, nō quos *SUOS* jam habet; ſed quos *SUOS* habere jure debeat. Mercerius vocabulū *SUIS* interpretatur, pro, propriis. *SUUM* enim, inquit, idem eſt, quod proprium. Nō multum ab his recedit Gœddeus, qui vocabulū Suis refert ad creditores, non etiā ad curatores, & interpuncturam, poſt verbum *CURATORIBUS*, ponit, ut hic ſit circiter ſenſus: Puberes ſine curatoribus, id eſt, qui curatores nō habent, ſuis ſcilicet creditoribus, poſſunt ex ſtipulatu obligari. Nā ſine curatoribus, inquit, JCtis idem ſignificat, quod curatores nō habere, *L. ait Prætor.* §. *1. de minor.* Et deinde MEUM, TUUM, SUUM, nō ſignificat ſolùm, quod jam eſt, ſed & quod eſſe poteſt.

Habuimus hactenus duplex genus interpretum I. eorum, qui legem interpretabantur ex verbo OBLIGARI. II. eorum, qui id faciebant ex particula Suis. † III. genus eorum, qui aſſumunt

3. Senten-

nexum

nexum, sive vocabulum POSSUNT. Possunt, inquit Robertus, puberes sine curatoribꝰ suis obligari; non obligantur semper. Possunt nimir. tunc, si facti fuerint locupletiores. l. 28. de pact. l. 27. de reb. credit. Et hæc solutio mihi omnium videtur esse verissima. Nam verbum POTEST magnā vim † habet, sive ponatur negativè vel affirmativè. vide Molin. *de consuetud. Paris. tit 1. §. 1. gl. 3.* 42.

tia Roberti & Authorū.

Nam aliàs non dixisset, scil. POSSUNT OBLIGARI; sed OBLIGANTUR. Nim. plerumq; quod potestati datur, tacitam conditionem & restrictionē annexam habet, quod ego quidē in multis juris articulis observavi. Sic quod *in l. 77. de judic.* dicitur: in privatis negotijs pater filium judicem habere potest; intelligi debet sub hac condition, si partes consenserint, quemadmodū *ad l. 10. de jurisd. & quidem ad l. 77.* docuimus. Meritò igitur *in l. 6. de arbitr.* filiumfamilias de re patris judicē esse posse. Imò etiam rectè ibidem Mstus & Venet. ARBITRUM ESSE POSSE. Sic etiam *in l. 6. §. 3. de precar.* dicitur, eum, qui vi alterum dejecit, si ab eodem emisset, incipere etiā pro emtore posse dominiū capere; posse videl. nisi verus dominus interruperit. Sic etiam *in l. Gallus. de lib. & postū.* verbū POSSE voluntatē inducit, nō necessitatem, sicut ibidē Corasius notat. Aliud exemplum in l. 4. *de compensat.* juxta Manuscripti lecturā. Ita quoq; in l. 1. §. 3. *de acquir. possess.* dicitur, pupillū sine tutoris autoritate possidere incipere posse.

Et

Et additur ibidem conditio, nimirum si ejus ætatis sit, ut intellectum capiat. Et hoc est, quod ait, eam rem, id est, quæstionem facti esse, nec generaliter posse determinari. *l. 32. de Usur. l. 1. de jur. deliber.* Tandem potestas non est cõjuncta necessitati, ut annotavimus *ad l. 140. de judic.* Adde Menoch. *lib. 1. de Arbitr. jud. Quæst. 41.* Sed de his plura forsan in libris Observa-

† *Instantia.* tionũ. † Regerit equidem Cujacius, quod lex sit de præscriptionibus, ut inscriptio testatur; atque adeo præsupponi, captum

†*Responsio.* fuisse adolescentem. † Sed præterquam

43. quod inscriptiones † non tam firmum testimonium perhibeant, etiam hoc exinde malè colligitur, ut rectè demonstrat Robertus *in notat. ad notata* Cujacij *lib. 1. c. 12.* Quin imò ex hac eadem inscriptione probari potest, verissimam esse hanc Roberti interpretationem; quemadmodum hoc eruditè præstitit Johann. Niellius *disp. feud. 2. th. 4. lit. D.* ubi hanc *l. 101.* eleganter explicat. Nimirum quod lex desumpta sit ex tit. de præscriptionibus. Præscriptiones erant exceptiones. Minor 25. annis sine curatoris sui autoritate promiserat, se soluturum intra triennium, quod Titius ipsius parenti mutuò dederat, ad biennium &c. Finito triennio experitur

Titius

Titius contra minorem. Minor dicit se læsum esse hac stipulatione; quippe quod mutui petitionem excludere posset, si stipulatio facta non fuisset. Titius replicat, subsistere stipulationem, quod stipulatio facta fuerit in ipsius utilitatem, nimirum ne opus haberet solvere eo tempore, quo debebat solvere. Nec enim creditori officium damnosum esse debet.

† II. Non obstat, quod nuptias contrahere possint sine curatore puberes. † Respondet enim Robertus, quoniam hoc non ad rerum, quæ ipsorum propriæ sunt, deminutionem spectat, ideo ipsos nuptias contrahere posse. Et certum est nullam ibi versari negociorum administrationem. Quod inde probari potest, quoniam nec pupilli consensu tutoris † indigent in nuptis. *l. sciendum. 20. de ritu nupt. l. 6. de desponsal. l. in copulandis. C. de nupt.* Hinc est, quod nihil sine curatoris autoritate fieri possit in causa dotis; quoniam ibi negociorum versatur administratio. *l. cum quædam. C. de admin. tutor. l. 61. de jure dot. l. 7. de tutorib. datis.*

†*Objectio.* † *Responsio.* 44.

† III. Non obstat, quod puberi sine curatore rectè solvatur. *l. 7. §. 2. de minor.* † Nam respondendum, minorem ibi curatorem non habuisse; propterea, quod

† *Objectio.* † *Responsio.*

L Ulpia-

Ulpianus ſtatim ſubjiciat conſilium pro debitore, ut minori ſoluturus adeat Prætorem, eumq; roget, creditori ſuo minori dari curatorem, quo adhibito liberetur per ſolutionē. Deinde quoniam additur; Cæterum,(id eſt,alias) nō ei compelletur ſolvere (ſcil. debitor.) Mox ſubjicitur;ſed hodie ſolet pecunia in ædem deponi, aut curatoribus ſolvi,SI SUNT. His iterum additur: permittitur etiam ex conſtitutione Principum debitori compellere adoleſcentem AD PETENDOS SIBI CURATORES. Ex quibus omnibus conſtat, curatores intervenire debere.

Objectio. † Unus ſaltem *in eo* §.caſus eſt,quo ſine curatoribus minori ſolvi poteſt, nimirum *Reſponſio.* ſi Prætor decernat. † Tum enim Prætor vicem curatoris ſuſtinet. Et ſcimus, alias Prætorem etiam, cum iniquè decernit, jus reddere.*l.pen.de juſt.& jur.* nimirum,ſi non lædatur jus commune, ſed privatorum, *l.1.§.item olim contra.Quæ ſentent.ſine appellat.*
45. Nam publicis cedunt † jura privatorum. *l.51.§.2.ad L.Aquil.Auth.res C.comm.de legat. l.33.de legat.* Exemplū in l. Prætor ait.§.*ait Prætor.de novi oper.nunc.* Donell.*libr.5.comm. c.38.* Govean.*ad l.4. de jurisd n.6. & ſeqq.* Vultejus *de cauſ.jur. conſtit. pag.64.* Pacius *cent.1. quæſt.5. Enant.* & diximus *in d.l.pen. de juſt.& jur.& in l.1. de fer.*

Et

Et annotavit etiam ex antiquis Doctoribus rectè Dn Zangerus, quod consimiles quidem sint pupillus, & minor curatorem habens quoad obligationem contrahendam: dissimiles, quoad eandem dissolvendam. *in tr. de Except. p. 3. c. 1.* n. *15. per l. 13. §. fin. de condict. indeb.* Et hæc responsio verissima est; & juvatur etiam eleganti ratione; quoniam liberatio † majorem 46.
favorem habet, quam obligatio; cum per liberationem redeat res ad naturam suam, & libertatem pristinam. *l. Arrianus. de O. & A. l. 99. de V. O. l. 5. de pœn.* Et alias etiam favorabiliores sunt rei, quam actores, si par sit causa. *l. 125. de* R. I. Donell. *libr. 17. com. c.* 4. nimirum quoniam rei cupiunt liberari: sed actores certant de obligatione; sicut docent ad eam legem plærique.

† IV. Non obstat, quod minor possit jusjurandum deferre sine curatoris auctoritate. *l. nam posteaquam. §. si minor. de jurejur.* † Negat enim Robertus, quod ibi curatorem minor habuerit: cum nulla ejusce † rei fiat in textu mentio. *Objectio.* *Responsio.*

† Opponunt tamen Cujacius & Borcholdt, quod imò curatorem habuerit, cum juramentum in judicio detulerit: nullum verò judicium fuerit sine curatore, *per l. 11. C. Qui dar. tutor. vel curat. possunt.* *Objectio.*

 Censent

Censent igitur, de eo JCtum responde-re, minorem 25. annis jusjurandum deferentem restitui in integrum, si circumscriptum se doceat. Cum igitur minor 25. annis curatorem habens in integrum restituatur, jam aliud certè dici non poterit, quam quòd juramentum à minore curatorem habente delatum valeat; aliàs enim restitutione in integrum opus non esset.

† *Responsio.* † Nos ita concludimus cum Gœddeo; aut exaudiendus textus est de juramento judiciali, aut de juramento extrajudiciali. Si de extrajudiciali, dicemus, curatorem ipsum non habuisse. Si de judiciali, dabimus, curatorem ipsum habuisse; & tum certè non potest aliter esse, quàm ut habuerit: cum, ut dictum est, minor personam in judicio standi sine curatore non habeat. *l. 1. 2. C. qui person. standi in jud. hab.* At vel inde concludemus firmissimè, non detulisse minorem juramentum invito curatore, cum curator utiquepræsens in lite fuerit. Datur enim curator ad litem ideo & hac ratione, ut universam litem administret, & singulos actus gerat. *l. 1. l. pen. C. Qui dare tut. vel. cur. l. fin. C. de admin. tut.* Accedit eò, quod si concedendum illud omninò sit, curatore vel absente, vel non consentiente, minorem juramentum detulisse,

tulisse, delatum tamen illud fuerit Prætore præsente, locum curatoris supplente. *Objectio.*

† Cur igitur, inquis, datur ipsi restitutio in integrum, cum consentiente curatore, vel hoc non præsente, certè Prætore, juramentum detulerit. † Resp. Quia fuit *Responsio.* captus *l. 2. C. si tut. vel Cur &c.* Et hoc est, quod *in d. §. si minor.* dicitur: Nec enim qui † minor est, statim docet se circum- 48. scriptum esse. Videatur omninò *l. 4. C. de reb. cred.* quæ de minore loquitur, etsi dissentiat Setser. *lib. 4. de jurejur. c. 2.* Hoc ipsum autem docet, minorem obligatum fuisse. Nam alias non daretur restitutio. Si fuit obligatus, cur nō dicamus, cū curatoris consensu juramentum ipsum detulisse.

† V. Non obstat, quod restituere fidei- *Objectio.* commissum sine curatore possit. *d. l. 1. §. 14. ad SCtum. Trebell.* † Nam id ideo con- *Responsio.* cessum est, quoniam nihil restituit de suo; & sic conditionem suam deteriorem non facit, ut rectè respondet Donellus.

† Inquies, Qui igitur fit, quod pupillus *Instantia.* non possit restituere sine tutoris auctoritate. *d. l. 1. §. 13.* Resp. † Diversitas est in- *Responsio.* ter pupillum, & inter puberem minorem. Ratio, quoniam tutoris † auctoritas, & 49. concedit potestatem pupillo, & judicium simul integrat, ut totum id, quod pupillus

tutore auctore gerit, non minus ex tutoris auctoritate proficiscatur & nascatur, quam ex facto pupilli. Consensus vero curatoris integrat quidem personam, sed nō judicium. Potestatem enim illam tantum agendi contrahendiq; facit, quæ sola minori aberat, non etiam consensus integritas, Gœddeus *ad d. l. 21. de V. S. n. 3.* Tutores præstant autoritatem: Curatores consensum. Inter autoritatem autem & consensum quid intersit, vide Rauchbarum *p. 1. q. 24. n. 15. & seqq.* Deinde pupillus & adultus curatorem habens, pupillo consimiles sunt, quando de contrahenda obligatione agitur: sed quādo tractatur de eorum liberatione, sunt dissimiles, quemadmodum, ut diximus, eruditè docet Dn. Zanger. *in d. tr. de Except. p. 3. c. 1. n. 13. & seqq.*

†Objectio. †VI. Non obstat l. 17. §. *fin. de appellat.* In illa n. nō dicitur, quod minor hereditatē adire sine curatore possit. *† Responsio.* † Nā loquitur lex de pupillo; non de minore & loquitur de curatore ad litē certam dato; Alias necessarius est puberi consensus curatoris ad adeundā hæreditatē, *l. 1. C. si tut. vel cur. interv.*

Objectio. Non igitur obstat, ut breve faciamus, tota ratio 2. Cujacij, quoniam continet scopas dissolutas. *Responsio.* Nec enim sequitur; In quibusdam differunt pupilli a minore: different igitur in omnibus. Et imò docuimus

cuimus etiam non in omnibus differre.
† Non obstat ratio 3. quod obligatio sit *Objectio.*
jus personarum. Cura verò personam non
respiciat. † I. Namq; negandum est, obli- *Responsio.*
gationem esse jus personarum. Etsi nam-
que persona, non res obligetur: propterea
tamen non fit jus personarum; cum jus
personarum † privatum consideretur in 50.
statu; Status verò nihil aliud sit, quam ca-
put, *l.2. de in integr. restit. juncta l.1. de cap. mi-
nut.* Et hoc in tribus consistit, nimirum
in libertate, civitate & familia, qua de re
disputavimus alibi *p.1. tr. Inst. disp.2. th.1. &
disp. Pand.2. th.4. lit.* A. II. Etsi generaliter
curator datur rebus; per consequentiam
tamē etiā datur personæ, ut eam consilio
regat. *l.7. de curator. furios. l.12. §.3. de admin.
tut. l. inter bonorū, de admin. & peric. tut. l. in
copulandis, C. de nupt.* Donell. *libr.3. comm.c.1.*
† Non obstat *l.42. de O & A.* ubi JCus ita lo- † *Objectio.*
quitur, obligari potest paterfamilias suæ
potestatis, pubes, cōpos mentis. Pupillus
sine tutoris auctoritate nō obligatur jure
civili. Ibi igitur videtur contraponere pu-
pillū, & minorē curatorem habentem, atq;
constituere, quod ille tutoris auctoritate
nō possit obligari; Hic verò sine curatoris
possit. † Verū respond. 1. Illa lex pertinet ad † *Responsio.*
eā particulam juris, quæ est de novatione,
quod probat l. 20. D. de *novat. cum similib.*

Scimus autem, novationem antecedentem obligationem requirere. 2. Non loquitur textus de minore; qui curatorem habeat, ſed de eo qui curatorem non habeat, quod ſatis indicant illa verba *PATERFAMILIAS SUÆ POTESTATIS.* Aliàs enim JCtus eſſet ταυτόλογος. Qui enim patremfamilias nominat, eum nominat, qui eſt ſui juris. Addit igitur particulam ſuæ poteſtatis, ut demonſtret, patremfamilias illum non habuiſſe, neque tutorem neque curatorem. Nam ille non ſuæ poteſtatis paterfam. eſt, qui in poteſtate curatorum eſt. *l. 1. de curat. fur. l. 6. de V. O.* Ergò hic paterfam. qui prorſus ſuæ poteſtatis eſt, nec ſub tutorum, nec ſub curatorum poteſtate aget; quemamodum illum locum interpretatur vel ipſe Cujacius *in lib. 72. Pauli ad edict. & lib. 21. Obſ. c. 23.*

† *Objectio.* † Objicit etiam in notis Cujacius Roberto, quod curatoris auctoritas in contractu minoris ſit inutilis: Ergo, inquit, nec erit neceſſaria.

† *Reſponſio.* † Sed præterquã, quod hoc nihil concludat, etiam principalis aſſertio, ſi generaliter accipiatur, non eſt vera. Licet enim in quibusdam ſit inutilis curatoris auctoritas; non tamen eſt inutilis in omnibus, ut rectè reſpondet Robertus. † Tan-

† Tandem non obſtat, quod minor teſtamentum facere poſſit, & in eo manumittere, §. *fin. Ex quib. cauſs. manum. non lic.* §. *præterea, Inſt. Quib. non eſt permiß. fac. teſt. l. Aurelio.* §. *2. de lib. legat. l. Marcellus. in pr. de donat. mort. cauſ.* multo magis igitur poterit obligari. † Reſp. Argumentum ab ultimis voluntatibus ad contractus non procedit † affirmativè, ſed negativè. Et vice verſa à contractibus ad ultimas voluntates, non negativè, ſed affirmativè, uti notant Dd. communiter *ad tit. Inſt. de lege Fuſ. Canin. toll.* Deinceps nec perpetuo concludit illud argumentum. Nec enim ſequitur; feudum vel gerada poteſt inter vivos alienari. Ergo poteſt etiam ultimis voluntatibus. Land Recht. *libr. 1. art. 31. art. 15. 23. 27.* Lehn Recht. *c. 5. 6. p. 2. Conſtit. 14, 13.* Dn. Weſembec. *ad tit. de lege Fuſ. Canin. toll. n. 2.* Et receptum hoc eſt ſpecialiter propter favorem libertatis. Multa verò pro libertate, contra rigorem conſtituta ſunt. *l. 24.* §. *10. de fideicomm. libertat.* §. *fin. Inſt. de donat. &c.* †*Objectio.* † *Reſponſ.* 51.

† Sed oportunum jam eſt, ut explicemus l. 3. C. *de in integr.* † *reſt.* quoniam ea baſis eſt & fundamentum noſtræ ſententiæ. Idq; ideò, quoniam eam Legem aliter & aliter torquent. † Nam Cujacius †*Explicatio l. 3. de in integ. reſtit.* † *Opinio Cujacij.*

dicit eam loqui de rerum alienatione magis, quam obligatione. Sicut & dudū ante respondit antiqua Manuscripta glossa. Et quamvis lex saltem dicat vendidisti; nihil obstare tamen, quo minus subintelligatur & tradidisti. Adjicit inter hæc rationem diversitatis; quod curatori rerum administratio sit data, non item potestas in personā. Quæ personam, inquit, suam spectant, pubes solus administrare rectè potest sine curatoris auctoritate: Res suas, veluti prædia &c. non item.

† Verum hæc interpretatio non solùm Roberto displicet & Gœddeo, verum ipsi quoq; Vultejo; tum quod non ita sit in h. l. distinguendū; tum quod curator principaliter quidē rem administret, juxta tamen personæ consilium præbeat. Et quod non ita sit distinguendū, evincunt multa 1. quoniam *in d l. 3.* dicitur, minores curatorem habentes, non absimiles ijs esse, quibus curatore dato bonis interdictum est. At verò hos constat non obligari, sive de alienatione agatur, sive non, *l. is cui 6. de V. O. l. furiosi. 40. de* R. I. 2. quod ex venditionis contractu non secus personalis actio nascatur, quàm ex stipulatione, reliquisq; contractibus. 3. quod per stipulationem non secus possit rerum minoris alienatio fieri,

fieri, quam per venditionem *l. 75. §. fin. de V. O. l. 25. de contrah. empt.* Hinc Ulpianus ait, si pupillus stipulanti spopõderit, an solvere possit sine tutoris auctoritate? Et magis est, ne possit, alioquin inventa erit alienãdi ratio *l. 5. § si pupill. de reb. eor. qui sub tut.*

Accedit eo, quod subauditio illa Cujaciana nimis sit divinatoria, quemadmodũ rectè dicit Vultejus. Item, quod alienatio sit obligationis effectus. Igitur si non licet alienare, non licebit etiam obligare; cum per obligationem ad alienationem eatur. Anton. de Petr. *in tr. de eff. jur. eff. 8.* A quo namq; removetur effectus, ab ipso † quoq; removeri debet causa. *l. 16. de sponsalib.* Gail. 53.
libr. 2. Obs. c. 154. Gœdd *in l. 21. n. 8. de V. S.* Per obligationem autẽ itur ad alienationem. *§. contra. Inst. Quib. alien. lic. l. 1. C. de jur. emphyt. l. 21. de V. S.* Tandem infringit eam interpretationem, quod dicitur *in d. l. 3. HUNC CONTRACTUM.*

† Vultejus igitur aliter eam legem interpretatur, & quidem quàm interpretes alij communiter, etiam aliter. Existimat enim unum esse quidem casum illius legis; sed duplicem ejus quæstionem: 1. An contractus servandus sit, nec ne? 2. Si servandus non sit, quomodo id fieri debeat? Attianus, inquit, minor 25. annis, cum haberet

Opinio Vulteij.

haberet curatorem, vendidit Mævio fundum suum. Is Attianus, cum se læsum animadverteret, consuluit Imperatores, utrum contractus emtionis & venditionis servandus esset, necne? Respondent Imperatores, contractum non esse servandum. Quo ipso innuunt, inquit Vultejus, contractum quidem valere; sed servari non oportere, id est, efficaciæ illius non esse, ut ex eo possit exigi. Ineptè namque diceretur, contractum non esse servandum, qui ipso jure sit nullus: cum servari, vel non servari, dicatur de eo, quod ipso jure valet.

Ad alteram quæstionem, quomodo nō debeat servari contractus, respondent Imperatores, impugnari posse per restitutionem in integrum.

Huic interpretationi suæ cum videret aliquas legis particulas adversari, nititur ad eas respondere, Primò quidem ad disjunctivam particulam Verò *in vers. Si verò.* positam respondet, eam non semper adversativam esse JCtis, sed antea dicta nonnunquam confirmare. De dictione *VERO* vide Melchior. Haimensfeld. *in S. Valer. de bono disciplin. p. 50. & 53.* Nam sic
54. *AUTEM* † sumitur, pro *ENIM*, *in l. 10. §. fin. de divers. & tempor. præscript.* & pro *IGITUR*,
in

in l. 63. §. pecoribus. de legat. 3. ENIM accipitur pro AUTEM, apud Aristotelem *libr. 2. post. c. 4.* sicut annotavit ibidem optimus Aristotelis interpres Zabarella *circa fin.* Si nunc *in d. l. 3.* particulam AUTEM, vel pro IGITUR accipiamus, vel pro ENIM, res erit plana; ut ita vel ratio reddatur posterioribus illis verbis, cur contractus servandus non sit: vel ex prioribus inferatur, cum dictum sit contractum servandum non esse, in integrum restitutionem implorandam esse; nimirum ut in priore membro dicatur contractum servandum non esse: in posteriore, restitutione servandum non esse.

Deinceps hæc contraria non censet, sine curatore constitutum esse, & curatorem habere, cum quis curatorem habere possit; & tamen idem sine curatore constitutus aliquid agere.

Tertiò, nec comparationem illam, quæ fit inter puberem & prodigum, sibi quicquam obstare putat. Etsi namque verissimum sit, prodigi contractum sine curatore, quem habet, initum ipso jure non valere *l. 6. de V. O.* huic tamen consequens non esse, ut eo modo contractus minoris non servetur, quo modo non servatur contractus ejus, cui bonis interdictum: sed comparationem illam in eo solùm

lùm consistere, quod neutrius contractus servandus sit: ad modum autem servandi neutiquam extendi debere. Comparationem enim non adhiberi posteriori quæstioni, quà quærebatur, quomodo contractus nõ debeat servari: sed priori, quâ quærebatur, utrum contractus servari non debeat. Addit, non absurdum esse, ut in substantia duo conveniant inter se, quæ in modo à se invicem multum differant. Sic etiam convenire minori & prodigo, in hoc, ut contractus non servetur: non tamen convenire in hoc, si quæratur, quomodo non servetur. Hæc ita Vultejus *in d. loco per 5. pag. ad h. l.*

† Quæ interpretatio licet subtiliter sit excogitata: videtur tamen esse longe petita; nec cum litera convenit, & aliquot legis particulis refutatur. Primò namq;, comparatio minoris & prodigi, prorsus eã evertit. Nec est, ut duplicem quæstionem fingas, & ad priorẽ adstringas comparationẽ. Nec id juvat. Quæritur n. de verborũ illorum, servari nõ oportet, interpretatione. Dicimus, idem esse, ac si diceret, contractus est nullus. Hoc evincit comparatio subjecta. Nam si prodigus citra curatoris consensum contrahit, nihil agit; Idem igitur habet locum in minore. Vide *l. 16. de minor.* cum nõ absimilis ei habeatur mi-

nor.

nor, cui à Prætore curatore bonis dato interdictum est. Sive igitur comparentur inter se minor & prodigus, sive comparatio referatur ad eorum contractus, eodem res recidet. Quæ namq; æquiparantur ratione † effectus, æquiparantur etiam ratione 55.
causæ.

Deinde simpliciter etiam negandum est, duplicem esse quæstionem. Particula namq; VERO solet ex natura suâ disjungere & jus factumq́; mutare. *arg.l. 1.* C. *Qui & advers. quos in integ.* Et quamvis sæpè pro autem ponitur, & particula autē sæpe pro igitur, & enim; non tamen protinus sequitur, quod idem etiam accidat voci VERO. Alioqui hoc etiam dandum esset, cum vox VERO sæpissimè ironiam habeat, & interdum pro AUTEM accipiatur, ut ETIAM particula AUTEM vim ironiæ admittat, quod vix conceditur. Deinde, si reciperemus omnino illam significationem in particula verò: esset tamen illa extensiva & impropria, non etiam naturalis; cum vel ipsa particula Autem ejus naturæ sit, ut repetat præcedentia cum omnibus suis qualitatibus, & adversetur in jure & in facto, sicuti Dd. communiter tradunt, quos allegatos videre poteris apud Matth. Çunon. *libr. 1. de pact. c. 23. n. 42.*

At

56. At tralaticium, non esse † recedendum à proprietate vocabuli *l. non aliter. de legat. 3.* Sumenda igitur illa particula potius propriè in hoc loco, quàm extensive.

Non dicas etiam *SINE CURATORE CONSTITUTUM ESSE*, qui curatorem quidem habeat, sed ejus consensum non adhibeat. Fieret enim oratio Imperatorum supervacua & sufficere potuisset, si dixissent, *SINE CURATORE*. Quoniam vero particula *SINE CURATORE* potest in utramque partem deflecti, sic ut nonnunquam eum denotet, qui curatorem omnino non habet; nonnunquam eum, qui habet quidem, sed non adhibet: Iccirco subjiciunt vocabulum CON*STITUTUS*, ut significent, de tali pubere loqui, qui curatorem omnino non habeat. Et alias ex naturâ quoque sua C O N *S T I T U T U M E S S E*, pro eo ponitur, quod est, existere, esse, habere; ut constitutum esse in dignitate quadam, in officio quodam. Sic etiam usurpatum invenimus passim in jure nostro, veluti in l. 8. §. 1. *de tutor. & curat. dat. ab his.* l. 3. *vers. vel adhuc sub curatoribus constitutorum. C. si major fact. alien. fact. rat. hab. l. fin. verb. sub tutela constitui. C. de legit. tutel.* Vide Gœdd. *ad d. l. 21. n. 4.*

Verissi-

† Veriſſimum igitur judico cum Gœddeo & communi, unam ſaltem in eâ lege quæſtionem eſſe, cui reſpondeat Imperatores per disjunctionem, ſive diſtinctionem. Cum enim Attianus minor, ſine curatore contraxiſſet, & læſus eſſet, conſuluit Imperatores, quid ſibi faciendum: an uti deberet reſtitutione in integrum; an vero nulla metuenda eſſet actio? Reſpondent Imperatores: aut curatorem habuiſti, ſed eum non adhibuiſti: aut ſine curatore conſtitutus fuiſti, id eſt, omninò curatorem non habuiſti. Priore caſu ipſo jure nullus erit contractus, & ſervari non debet. Poſteriore caſu læſus, uteris beneficio reſtitutionis in integrum. Primam hujus reſcripti partem confirmant Imperatores, argumento à ſimili ſumpto. Sicuti enim prodigi contractus, citra curatorem celebratus, nullus eſt: ita pariter minoris contractus nullus erit, ſi is curatorem habuerit & eum non adhibuerit. Atque hæc interpretatio cum legis verbis apprimè convenit. Et ſi ipſi penitius introſpiciamus etiam cum Impp. mente. Atque juvatur per l. 2. C. *ſi tut. vel curat. interven.* Nec cum l. 101. *de V.O.* ſimilibusq; textibus in contrarium adductis pugnat, ſi eo modo, ut diximus, exaudiamus.

† ***Authoris & aliorum ſententia.***

M In

Objectio. In ipso tamen textu duo videntur esse, quæ contrarientur huic interpretationi. Dicitur enim CONTRACTUS. At si ipso jure nullus esset, non esset contractus. *Responsio.* Verũ rectè respondet Gœddeus vocabulum contractus καταχρηστικῶς poni, non quod reverà sit contractus, sed quod intentione & facto eorum, qui conveniebant, putabatur esse. Sic enim etiam prodigi contractum nominamus, de quo tamen nemo dubitat, quin is sit nullus. Sic falsum tutorem, falsum testamentũ dicimus, nõ quod is sit reverâ tutor, vel hoc reverà testamentum, sed quod esse fingatur,

Objectio. Altera objectio est in particula NON SERVARI, quam frustrà positam esse censent, si contractus sit ipso jure nullus. Servari namque, vel non servari, sicut dictum est, prædicatur de eo, quod jure subsistit. *Responsio.* Sed & hic rectè respondetur, illud non esse perpetuum. Quin imò non servari etiam refertur ad ea, quæ ipso jure non subsistunt. Sic enim pacta dicuntur non servari oportere. *l. 7. §. dolo. l. 27. §. pacta. de pact.* quæ tamen alibi dicuntur esse nullius momenti. *l. generaliter. 26. de V. O.* & inutiles. *l, stipulatio hoc modo concepta. eod. tit.* Adde *l. pacta. C. de pact. l. non dubium. C. de legib. l. nõ solum. de oblig.* H. Donel. *ad d. l. 26. de V. O. n. 3.* Et hæc *ad l. 3. C. de in integ. restit.* Quibus addere

dere possis etiã Sichard. *ibid.* Jason. *ad l. videamus. de in lit. jur. & in cõs. 48.* Rom. *cons. 318.*

† Sed & alterum fundamentum nostrũ subvertere nititur Cujacius, & quod dicimus, legem Letoriam prohibuisse, à minori stipulari, hoc ad fœminas saltẽ adstringit. † Verum quis illi renunciavit, aut unde accepit legem Letoriam ad solam fœminam restringendam esse? Id enim ab Ulpiani mente prorsus alienum est. Vide Ulpianum *in fragment. t. 2.* *Objectio.* *Responsio.*

† Atque hactenus abunde probatum est, minores sine curatorum, quos habent, consensu, non obligari, si ipsorum conditio ex obligatione deterior. † *Conclusio.*

Sed quis tenetur probare conditionem minoris meliorem factam, & pecuniam in rem minoris esse versam? Nimirum hoc est arduum & difficile; quod attigimus etiam supra *h. eod. cap.* ubi de pactis pupillorum agebamus. Videatur Hartmann. Pistoris quæstion. *lib. 1. q. 38.* Donellus *libr. 21. cõm. c. 9.* Quatenus minor pignorare vel pactum adjicere possit dominio quæsito, videatur *l. 1. §. f. D. de reb. eorũ. &c.* Simoncell. *de decret. libr. 2. t. 6. p. 261. & seqq.* ubi cõtra Pinellum & Tiraquellum elegantissimè disputat. Et hi quidem prohibentur ob consensus imperfectionem.

† Qui prohibeantur ob malos mores. † Prohibentur etiam lege pacisci, quidam ob malos mores. Sic non possunt pacisci ab re suâ prodigi. *l. furiosi. 40. de R. I.* Paulus *libr. 3. sent. 4. l. 15. 16. de V. O.* possunt tamen in rem suam. *d. l. 6. de V. O. l. 3. de acquir. hæred. l. certi. § idem quæro. de reb. credit.* Et non possunt obligari, ne quidem naturaliter. *l. 6. de Verb. Oblig. l. 9. §. sed etsi. de reb. cred.*; nisi locupletiores facti & dolo malo in rem alienam grassati sint. Solent
57. enim quoad usum judicij comparari † furioso. *l. 40. de R. I.*

Objectio. Obstat tamen, quod prodigo non natura bonis interdicatur, sed lege vel decreto Magistratus. *Responsio.* Respondendum, illam interdictionem nihilominus aliquid naturalis rationis habere qua non benè utitur. Nec eâ ratione immutabile est jus naturale, ut ne quidem per aliam naturalem rationem immutari possit. Gœdd. *de contrah. stip. c. 7. conclus. 10. n. 126. & seq.*

† Quisnam sit prodigus. † At quisnam est prodigus, inquis, utrum is, qui prodigalitatis ipso facto dilapidando scilicet ac dissipando bona sua, prodigum se declarat; an expectandum erit magistratus decretum. Nam de eo quandoque dubitatum inter Clariss. viros memini. *Opinio Autoris.* † Sane commoditas suadet, & prodigi reliquorumque, qui cum ipso

ipso conttahere volunt, ut non censeatur prodigus, nisi qui magistratus † decreto 68. talis esse declaratur, sicuti disputavimus *part. 1. disp. 5. th. 5.* per l. 10. l. 16. *de curat. fur. l. 18. Qui test. fac. poss. l. 55. §. fin. de admin. tut.* cum similibus textibus & argumentis allegatis à Jasone, Duareno & Cujacio *in l. 6. de V. O.* Dauth. *in c. quamvis Extr. de pact. n. 48.* Sichard. *ad rubr. C. Qui testam. fac. poss. n. 15.* Gœddeo *in tr. de contrah. stip. c. 7. concl. 14.* Bronch. *cent. 1. assert. 20.* Borchold. *in tr. de V. O. c. 3.*

† Nec obstat, quod Donellus Accursium, Fulgosium & alios Dd. secutus *in d. l. 6. de V. O.* dicat, mores prodigi nemini non notos esse posse. † Nam id omnino negandum est, propter varias circumstantias, quæ possunt intervenire. Nec enim Pythagoricam paritatem vel Stoicam æqualitatem possumus hic imitari: † *Objectio.* † *Responsio.*

Inq; aliis rebus multis differre necesse est
Naturas hominum varias, moresq; sequaces.

atque adeò; Duo quando faciunt idem, non est semper idem, juxta tralaticium. Vide l. 16. §. *1. de pœn.* Paulum *lib. 1. sent. tit. 1. l. 31. de solut.* Mercer. *libr. 1. opin. 1.* Wesenbec. *in parat. de just. & jur. n. 11.* Quid enim si dives donet? Et verò facultates hominum plærumq; nobis sunt in-

 cognitæ.

cognitæ. *l. in fraudem. 16. Qui & à quib. manum. §. 3. Inst. eod.* Unde & Aristotel. τὰ πολλὰ τῶν πραγμάτων φαῦλα εἶναι. ἀποβαίνειν γὰρ τὰ πόλλα ἐπὶ τὸ χεῖρον.

59. *Objectio.* Quamvis etiam notorium † æquiparetur sententiæ quoad declarandum &
Responsio. manifestandum ; non tamen quoad omnes effectus, ut ait rectè Gœddeus *per l. 26. de contrahend, empt.*

†Objectio. † Non obstat l. 1. *de curat. fur.* quasi factum hominis excludatur, eò quod lege
† Responsio. bonis interdicatur prodigo. *l. fin. C. de pact.*
1. *convent.* † Quid enim frequentius quam quod lex factum † hominis desiderat, præ-
60. sertim si quid non sit prorsus juris, sed ex facto dependeat. Sic enim Vasallus ipso jure cadit feudo propter feloniam cōmissam : & tamen requiritur sententia declaratoria, Wesembec *in paratit. de compens. n. 8.* Mynsing. *ad §. 1. Inst. de exhered. &c.* Menoch, *de arbitr. jud. Quæst: cas. 220. n. 2.* Zasius *in epit. feud. part. 10. n. 72. & seqq.* Borcholdt *de feud. c. 8. n. 157.* Jason. *in l. 2. §. quod autem. n. 5. & 6. Quod quisq; jur. &c.* Et alias sæpè ijs, quæ ipso jure fiunt, accedit Magistratus. *l. si dolo. C. de rescind. vendit. l. 75. de rei vindicat. l. 2. de compensat. junct. l. fin. C. eod.*

Deinde

Deinde l. 1. sensus est, Prætorem lege bonis interdicere, id est, non jure Magistratus. Tertio l. 1. hoc saltem dicit, prodigo bonis interdici lege. Quisnam autem sit prodigus, de eo lex nihil. Addi potest & hoc, olim quidem ex lege 12. tabb. ipso jure prodigis interdictam bonorum administrationem fuisse; hodie verò Prætorem bonis interdicere, & curatorem dare. 2. 3. 4.

† Nec adversatur, quod prodigus & furiosus *in d. l. 1.* comparentur; constet autem, furiosum aliquem ipso furoris actu censeri, nec Prætoris decretum requiri. † Resp. Quamvis enim in aliquibus comparentur, nimirum quoad effectum obligationis: In pluribus tamen ipsorum † diversum jus est, uti videre licet apud Gœddeum *in l. 21. n. 9. de V. S.* Eberhard. *in Topic. in loc. à min. ad furios. prodig. &c.* † *Objectio.* † *Responsio.* 61.

† Nec obstat, quod prodigus aliquis esse desinat sine decreto Prætoris, eo ipso, dum prodigalitatis factum intermittit, & frugalitatis mores recuperat. Nihil autem tam naturale sit, quàm unumquodque eodem modo dissolvi, quo colligatum est, *l. nihil tàm naturale. de R. I.* † *Objectio.*

cognitæ. *l. in fraudem. 16. Qui & à quib. manum. §. 3. Inst. eod.* Unde & Aristotel. τὰ πολλὰ τῶν πραγμάτων φαῦλα εἶναι. ἀποβαίνειν γὰρ τὰ πολλὰ ἐπὶ τὸ χεῖρον.

59. *Objectio.* *Responsio.* Quamvis etiam notorium † æquiparetur sententiæ quoad declarandum & manifestandum; non tamen quoad omnes effectus, ut ait rectè Gœddeus *per l. 26. de contrahend, empt.*

† *Objectio.* † *Responsio.* 1. 60. † Non obstat l. 1. *de curat. fur.* quasi factum hominis excludatur, eò quod lege bonis interdicatur prodigo. *l. fin. C. de pact. convent.* † Quid enim frequentius quam quod lex factum † hominis desiderat, præsertim si quid non sit prorsus juris, sed ex facto dependeat. Sic enim Vasallus ipso jure cadit feudo propter feloniam cõmissam: & tamen requiritur sententia declaratoria, Wesembec *in paratit. de compens. n. 8.* Mynsing. *ad §. 1. Inst. de exhered. &c.* Menoch, *de arbitr. jud. Quæst: cas. 220. n. 2.* Zasius *in epit. feud. part. 10. n. 72. & seqq.* Borcholdt *de feud. c. 8. n. 157.* Jason. *in l. 2. §. quod autem. n. 5. & 6. Quod quisq; jur. &c.* Et alias sæpè ijs, quæ ipso jure fiunt, accedit Magistratus. *l. si dolo. C. de rescind. vendit. l. 75. de rei vindicat. l. 2. de compensat. junct. l. fin. C. eod.*

Deinde

Deinde l. 1. sensus est, Prætorem lege 2.
bonis interdicere, id est, non jure Magistratus. Tertio l. 1. hoc saltem dicit, pro- 3.
digo bonis interdici lege. Quisnam autem sit prodigus, de eo lex nihil. Addi potest & 4.
hoc, olim quidem ex lege 12. tabb. ipso jure prodigis interdictam bonorum administrationem fuisse; hodie verò Prætorem bonis interdicere, & curatorem dare.

† Nec adversatur, quod prodigus & fu- † *Objectio.*
riosus *in d. l. 1.* comparentur; constet autem, furiosum aliquem ipso furoris actu censeri, nec Prætoris decretum requiri.
† Resp. Quamvis enim in aliquibus com- † *Responsio.*
parentur, nimirum quoad effectum obligationis: In pluribus tamen ipsorum
† diversum jus est, uti videre licet apud 61.
Gœddeum *in l. 21. n. 9. de V. S.* Eberhard. *in Topic. in loc. à min. ad furios. prodig. &c.*

† Nec obstat, quod prodigus ali- † *Objectio.*
quis esse desinat sine decreto Prætoris, eo ipso, dum prodigalitatis factum intermittit, & frugalitatis mores recuperat. Nihil autem tam naturale sit, quàm unumquodque eodem modo dissolvi, quo colligatum est, *l. nihil tàm naturale. de R. I.*

† Respons. Nam *in d. l.* 35. non dicitur, quod eadem
61. ſpecie † diſſolvatur, ſed eodem genere.
Etſi namque genere cauſſa procreans & deſtruens ſit eadem: in ſpecie tamen non eſt eadem; cum & pactum, ſolutio, præſcriptio, tranſactio &c. finiant emtionem & venditionem. Sic & actio hypothecaria naſcitur ex pacto, aut quidam cenſent: non tamen tollitur ipſo jure, niſi ope exceptionis. Deinde facilius interdictum ejusmodi remittitur, quàm decernitur;
63. cum libentius liberemus, quàm puniamus, & cum facilius ad ea † quæ ſunt juris communis, redeatur, quam ab ijs abeatur. Alia ſunt faciliora, atq; ex horum interpretatione dependent; & ea tam ſolidè refutat Gœddeus *in d. loco*, ut nolim actum agere. Diſputat etiam uterq; Bronchorſt. & Gœddeus ſatis eleganter, utrum prodigus ſine curatoris conſenſu naturaliter obligetur. Quapropter eò vos remitto.

† Alteri paciſci non licet. † Cæterum hoc etiam requiritur, ut quilibet † ſibi paciſcatur, non alteri. *l.* 17.
64. §. *ſi pactus ſim. h. t. l.* 73. §. *fin. de* R. I. §. 18. *Inſt. de inutil. ſtipul. l.* 24. *cum ſeqq.* C. *de pact. l.* 3.
† Exceptio. *de tranſact. &c.* † Niſi forſan ſervus vel filiusfam. pactus ſit; ne à patre Dominove petatur. Tum enim patri per exceptionem

nem pacti; domino per exceptionem doli succurritur. *d. l. fin. l. 18. cum duab. seqq. h. t.*

Pactum tamen filij & servi, ne petat, Patri non obstat *l. 28. §. 1. d. l. 19. l. 21. h. t.* Pactum verò factum à servo vel filiof. NE PETATUR, interdum nocet patri vel domino *l. 28. §. fin. & seq. l. de Pact.* De quâ materia latè tractat Baptist. Caccialup. *in tr. de pact. q. 11.* Duaren. *in tr. de pact. c. 3.* ubi succinctè docet, quatenus pactum filij, vel personale, vel reale, vel mixtum, patri noceat. Addas omninò Matth. Cuno. *d. l. 1. de pact. c. 17. & 18.*

† Ab regulâ qua dicitur, alterum alteri pacisci non posse, excipitur etiam, nisi pater filio, vel alius alicui paciscatur ut heredi, ne a se petatur. *l. 33. l. 17. §. 4. l. 21. §. nos autē. h. t. l. 10. de pact. dotal. l. 9. de probat. l. 8. §. fin. de pignor. act.* Dicô, ut hæredi. Nam si simpliciter paciscatur pater, ne à filio petatur; non prodest filio, etiamsi postea heres patri extiterit: sed datur ei exceptio doli. *d. l. 17. §. 4. l. 21. §. nos autem. 2. h. t. l. quodcunque. §. 1. de V. O.* Vide Matth. Cunon. *c. 16.* † *Alia exceptio.*

† Sed & tutores, & alij quidam aliis pacisci possunt, nonnunquam, ut exceptio pacti competat; nonnunquam ut ex- † *Exceptio.*

ceptio doli. *l. 15. l. 28. §. 1. l. 14. l. 55. h. t. l. 46. §. fin. de admin. tut. l. 10. §. fin. cum seqq.* C *de pact. l. interdum. §. qui tutelam de furt. l. inter. de jurejur.* Vide Cunon. *c. 20. & 21.* Nam alteri stipulari licet, si Notarius affuerit *l. 2. D. Rem pupilli salv. for. l. non aliter de adopt.* Coras. *in l. 38. §. alteri. n. 3. de V. O.*

4. Exceptio, qua differitur, quatenus procurator pacisci queat.

† Sed an procurator pacisci possit? Et quin pacisci possit, NE A ME PETATUR, nemo dubitat. *p. l. rescriptum. 10. §. fin. ff. h. t.* An autem pacisci possit, NE EGO PETAM; non ita fortassis constabit. Et utique si mandavi specialiter, ut ita pacisceretur, cur pactum non valeret? *l. 12. h. t.* Quid autem, si ne quidem hoc mandavi? Et versamur hic jam in re difficilima.

† Antinomia proponitur.

† Nam durus est aliquot legum conflictus. Sub hoc titulo dicitur aliquoties, pactum † procuratoris domino nocere. *l. 10. §. fin. l. 11. l. 12. h. t.* Alibi etiam dicitur, quod procurator, cui generaliter libera administratio rerum commissa est, possit exigere, novare, (Sic legit Mstus uterq; & vetustissimi quiq; libri; Quam lectionē etiam Basilica comprobant, ut ibidem annotavimus) aliud pro alio permutare, creditoribus solvere *l. 58. & seqq. de procur.* Et alibi datur etiam potestas transigendi *l. interdum. de furt. l. transactiones. l. Præses.*

C. de

C. de transact. & potestatem procuratorum augent & confirmant hinc inde leges. *l. 6. de instit. act. l. 65. §. renunciare. pro soc. l. 17. §. fin. de jurejur. l. quod libet. de solut.*

Attamen alibi procuratorum autoritas enervatur, ut non liceat ipsis alienare. *l. 63. de procurat.* itemque, ut non possint transigere. *l. 60. de procurat.*

† Et hæc est non levis pugna, movitq; præclarum juris antistitem Jacob. Cujacium, ut is *in d. l. 60.* pro DECIDENDI DIMINUENDI legeret; † contra fidem omnium exemplarium Manuscr. & lectionem etiam Florentinam. Cujac. *ad tit. Inst. de rer. divis. & in l. 4. resp. Pauli, & in not. d. l. 63. de procur.* Niell. *disp. feud. 2. th. 2. lit. B.* † *Concil. Cujac.* †*Refutatio.*

† Alij distinguunt, an utile sit Domino, ut res alienentur, an inutile, ut illo casu valeat alienatio, non etiam hoc posteriore. Donell. *libr. 4. comm. c. 15.* Hedemann. *disp. Pand. 9. th. 3.* † Quæ distinctio, si vera sit, non tamen omnino, & semper erit vera. Nam cum pacto suo nocere Domino possit procurator; cur non etiam queat alienare, ubi tamen alienatio Domino non sit utilis. † *Distinctio Donelli & aliorum.* † *Rejicitur.*

Alij

† *Commun. Dd. distinctio.*

Alij Dd. communiter distinguunt, inter procuratorem generalem Cum liberâ, & inter procuratorem generalem Sine libe-bera. Bald. *in l. illud. §. 1. de minor.* Duaren. *ad h. t. c. 3. & ad t. de transact c. 1. & t. de procur. c. 1. & 9. Costal. in l. 28. de procur.* Hottom. & alii plærique *in §. nihil autem interest. 41. Inst. de rer. divis.* Pacius *cent. 2. quæst. 47,* Bronch. *cent. 1. assert. 36.* Gothofr. *in l. 9. §. 4. de acquir. rer. dom. per l. 1. in fin. Quand. appelland. sit. l. 7. §. pen. de dolo: l. 9. de doli mal. & met. except. l. 3. §. 1. de eo, per quem. & c. l. 12. de furt.*

† *Quam etiam author probat.*

† *1. Ratio.*

Quam distinctionem etsi nolint admittere Baro *in l. 60. de procurat.* Donell. *lib. 4. comm. c. 13.* Gifan. *in comment. de distrib. jur. th 115.* Hedemannus. *d. disp. 9. th. 3.* † Mihi tamen videtur esse verissima. † 1. Quoniam leges, quæ transactionem & aliam alienationem procuratori generali adimũt, liberæ nullam mentionem faciunt; cum contrà aliæ leges, quæ potestatem alienandi concedunt, liberæ faciant mentionem. *l. procuratorem. 16. C. h. t. l. 60. & 63. h. t. l. 1. §. 1. de offic. procur. Cæsar. l. 17. §. fin. & ll. seqq. de jurejur. junctâ l. 58. h. t. l. 10. C. h. t.* l. 60. in fin. *ff. mandati,* ubi qui concessit vendere pacisci, &c, plenè mandasse dicitur. Item l. 9. §. *nihil autem. 4. de acquir. rer. dom.*

&

& §.34. *Inst. de rer divis.* ubi si is; cui libera negociorum administratio permissa fuerit, ex negotijs rem vendiderit & tradiderit, facit eam accipientis.

† Quoniam tantum efficit libera, quantum † specialis potestas, juxta Dd. quorum opinio probari potest per l.7.*de pecul.* ibi: alia causa est peculij liberæ administrationis. Nam hæc specialiter concedenda. *&* *l.41.* §. *fin. de rei vind.* Licet hoc non adeo sit generale, quin in multis fallat, ut in delictis. *l. si procurator. de condict. indeb.* in acceptilatione. *l. 3. de acceptil.* in donatione. *l. 12.* §. *1. de pact.* & alijs quibusdam; de quibus optime Costalius hic, & Philipp. Francus *in c. 4. de procurat. in 6. in fin.* † *2. Ratio.* 66.

† *3. Per c.4. de procurat. in 6.* † 4. Quoniam certè credendum est, vim aliquam esse hujus vocabuli libera in mandato positi. Verba namque debent † intelligi, ut aliquid operentur. *l. si quando. de legat. 1.* & cum effectu sunt accipienda. *l. si per alium.* §. *docere. Ne quis eum qui &c. l 1.* §. *hæc verba. Ne vis fiat. &c.* Atque hanc sententiam videtur etiam comprobare locus Ciceronis in Oratione pro Cæcinna quam allegavit *in d. c. 3.* † *3. Ratio.* † *4. Ratio.* 67.

† Non obstat, quod universorum admini- *Objectio.*

ministratio bonorum non sit talis futura, *SI NON SIT CUM LIBERA ADMINISTRATIONE*. † Resp. Nam hoc negandum est. Universorum bonorum procurator opponitur ei, qui saltem ad unam specialem rē datus est. Nonnunquam autem liberiorem potestatem habet, nimirum si hæc clausula sit adjecta *CUM LIBERA*. Nonnunquam arctiorem, nimirū si hæc clausula fuerit omissa.

† Responsio.

† Objectio. † Non obstat, quod procurator universorum bonorum ei, cui specialiter mandatum est, sæpè comparetur· *l. 17. §. fin. de jurejur. l. 11. §. fin. & seq. de pignor. act. l. 12. de pact.* † Resp. Nam hoc verum est de procuratore, qui datus est *CUM LIBERA*. Deinde cur non in quibusdam comparentur? præsertim in ijs, quæ non concernunt alienationem.

† Responsio.

† Non obstat, quod verbum *LIBERA* illud operari non possit. † Nam imo potest, ut adducta prima ratio satis evincebat. Deinde verba cum effectu sunt accipienda, & ita intelligenda, ut aliquid operentur, quemadmodum in ratione quarta probavimus.

Objectio. *Responsio.*

† Non obstat, quod passim in jure confundatur administratio, & libera administratio *l. 17. §. fin. l. 26. de jurejur. l. 7. de*

Objectio.

pecul.

pecul. l. 11. §. fin. de reb. cred. l. 12. & l. 84. de solut. l. 18. in fin. de pign. act.

† Resp. Nam sæpè etiam distinguuntur, ut supra in primâ ratione dictum. Deinde genus nonnunquam nominatur pro certa specie; Cur non confundantur in iis, in quibus eundem effectum operantur. *Responsio.*

† Non obstat l. 28 §. 1. *de pact. & l. si consentit. §. videbimus. Quib. mod. pign. solv.* quæ innuunt procuratores etiam cum liberâ potestate constitutos, nō posse transigendo domini jus remittere. *Objectio.* † Nam rectè respondet Bronchorst: aut transactio fit super dubio, controversoq; jure Domini; & tunc potest procurator, cum liberâ, transigendo Domino nocere. *l. præses. C. de transact. d. l. rescriptum. §. fin. & ll. seqq. de pact.* Aut transactio fit de caussa & re certa; & tunc procurator remittere non potest transigendo. *l. 63. h. t.* & in l. 60. *de procurat.* mandatum generale intellige, quod ad actionem exercendam fuerat datum, sicut ex Barone notaverunt ibid. Ludov. Charond. & Fr. Mod. *Responsio.*

† Non obstat l. procurator. *63. h. t. & d. l. 16. C. de procurat.* quibus affirmatur, quod solus procurator, qui habet speciale mandatum, res Domini alienare potest. Itaque procuratur cum libera non *Objectio.*

† *Responsio.* non poterit alienare. † Rectè respondet iterum Bronch. illas LL. ita accipiendas esse, ut procurator generalis omnium bonorum simpliciter constitutus excludatur.

† *Alia exceptio.* †Tandem quod dicitur, alterum alteri pacisci non posse, verum est in extraneo. *l. 3. l. fin. C. de inutil. stipul. l. inter socerũ. §. fin. de pact. dotal. l. stipulatio ista. §. alteri. de V.O. l. quæcunque gerimus. de O. & A.* Quid enim si duo conjuncti sint in eâdem † obligatione, an unius pactum alteri proderit? 68. Respondeo: Pactum in personam eam nõ egreditur, id est, non proderit. Pactum in rem proderit alteri, si ejus, qui pactus est, interfuit. *l 21. §. fin. l. 23. §. 1. h. t.* Qua de re satis multa tractant Hotom. *d. disp. de pact. n. 40. & seqq.* & Borchold. *d. tr. de pact. c. 3. circa fin. & c. 4. per tot.*

An autem pactum inter colludentes factum valeat? Negat Jason *in l. 7. §. prætor ait. de pact.* ubi multas alias quæstiones de ludo refert. *n. 2.*

Pactio cum Diabolo, tantùm abest ut valeat, ut potius cum eo paciscentes, flammis ultricibus vivi exurantur; quamvis magicis suis artibus † nemini nocuerint. 69. *p. 4.* Const. Elect. *c. 2.* qua cautum, So jemands in vergessung seines Christlichen Glaubens/

Glaubens / mit dem Teuffel verbündniß auffrichtet / vmbgehet / oder zuschaffen hat / daß dieselbige Person / ob sie gleich mit Zauberey niemand schaden zufüget / mit dem Fewer vom Leben zum Tode gestrafft werden soll. & ibi Dan. Moller. *n.4.p.4.consult. Saxon.q.86.* per l.eorum.4.C.de malef.& Mathemat. & ad eam Alberic. Gentil. l.1. §.3. de extraordinar. cognit. Gregor. Tolosan. *l.34. Syntagm.c.18. c.admoneant.26.q.7.* Danæus *de Sortiar.c.6.* Borcholdt. *in* §.5. *Inst. de public. judic.* Gôdelman. *de mag. pag.89.* Petr. Pyth. *in collat. leg. Mosaic. p.106.& seq.* Marc. Anton. Delrio *lib.6.disquisit.Magic.c.2.sect.1.q.2.*

Alia quoque de pactis conjugalibus, ægrotantium, & similibus nolo fusius tractare, ne liber excrescat ultra, quam volebam; & quoniam Matth. Cuno librum unum de pactis conscripsit, in quo de personis paciscentium & contrahentium plenius & accuratius, quàm ab aliis hactenus uno in loco factum sit, agitur.

N CAPUT

CAPUT VI.

De quibus rebus pacisci poßimus, seu, de subjecto pactorum.

SUMMARIA.

1. *Incorporales sunt æquè in patrimonio nostro.*
2. *Explicatur l. 1. D. de Usufruct. legat.*
3. *Allegans pactum esse contra iura, tenetur illud probare.*
4. *Licita præsumantur, quæ de Iure prohibita non reperiuntur.*
5. *Hippocentaurus an?*
6. *De jure alieno quatenus pacisci licitum?*
7. *De publica re planè pacisci privatus nequit.*
8. *Cur de adulterio transigi non poßit?*
9. *Pacta de hereditate futura non valent.*
10. *Privatio præsupponit habitum.*
11. *Explicatur regula, quod quilibet sit moderator rerum suarum.*
12. *Species lucri est de alieno largiri.*
13. *Omnia censentur permissa, quæ non sunt expressè prohibita.*
14. *Explicatur l. f. C. de Pactis.*
15. *Tela prævisa minus nocent.*
16. *Multa quæ expreßè fieri non poßunt, tacitè poßunt.*
17. *Explicatur l. 3. D. pro socio.*
18. *Succeßio ab intestato propriè legitima.*

19. *Verbum*

19. *Verbum Maxume quomodo usurpetur?*
20. *Pactum an valeat, si pars bonorum in pactum deducatur?*
21. *Pacta de succedendo ex consuetudine valent.*
22. *Consuetudo legem imitatur.*
23. *Statuta plus operātur, quàm pacta privatorū.*
24. *Familia successionis leges condere nequit.*
25. *Filia successioni paternæ renuntiare non potest.*
26. *Iuramentum ad bonas leges impugnandas non valet.*
27. *Idem non est, quod ponitur pro eodem.*
28. *Forma legis à nemine potest mutari.*
29. *Iuramentum contra Legem naturæ est nullius momenti. Explic. n. 31.*
30. *Doti & legitimæ renunciari non potest.*
31. *Iuramentum quando nonnūquam servetur?*
32. *Boni mores aliter à LL. aliter à Canonibus considerantur.*
33. *Quid, si filia dotem non acceperit?*
34. *An renunciatio matris præjudicet nepotibus?*
35. *Omne Iuramentum personale.*
36. *Pactum præsumitur reale potius.*
37. *Iuramentum illicitum non obligat.*
38. *Pactum Israelitarum cum Gabaonitis.*
39. *Iuramentum quando servandum.*
40. *Iuramenti Comites.*
41. *Pactum de feudo, Vasallo vivente, valet.*
42. *Pacta contra LL. inita.*
43. *Pactum ne heres Falcidia utatur?*

45. *Pacta Advocatorum an valeant?*
46. *De alimentis an pacisci liceat?*
47. *Natura hominum est, ne facile donent.*
48. *Omnia licere putantur, quæ non prohibentur.*
49. *Cui non licet transigere, ei etiam non licet pacisci.*
50. *Cui non licet quod minus est, multo minus licebit, quod majus est. Explic. n. 58.*
51. *Transactio omnem litis terminationem sub se continet.*
52. *Sæpe ponitur species, & deinceps additur genus.*
53. *Ratio sicut restringit, ita & ampliat dictum.*
54. *Ratio generalis dispositionem extendit ad casum, qui alias verbis non comprehendebatur.*
55. *Causa impulsiva non est substantialis.*
56. *An cuique liceat dissipare?*
57. *Cur transigere non liceat de alimentis?*
58. *Pacisci permissum, quibus nō licet transigere.*
59. *An pactum retrovenditionis valeat?*
60. *Contra naturam obligationum est producere realem actionem.*
61. *Quando pacto retrovenditionis præscribatur?*
62. *More facultatis quæ sunt, non præscribuntur.*
63. *Actiones 30. annis quomodo præscribantur.*
64. *Antichresis quid?*

65. Anti-

65. Antichresis an valeat?
66. Pactum, ut ad heredes transeat societas, non valet.
67. Societas in perpetuum quæ?
68. Pactum prorogationis an valeat?

Videamus etiam, de quibus rebus pacisci liceat. Et quidem licet pacisci, de privatis rebus omnibus. *l. 7. §. si cum paciscar. cum seqq. §. h. t. l. 29. C. h. t.* Nec interest, sive incorporales res sint, sive corporales. Sic enim etiam de servitutibus licet pacisci. *l. 3. de servitut.* Et constat tamen servitutes res incorporales esse. *tot. tit. Inst. de reb. corp. & incorp.*

At dicas; Res corporales non sunt in patrimonio. Non igitur licebit etiam de ijs pacisci. Quod non sint in patrimonio, docent Dd. communiter, quos sequuntur Cujacius, Borcholdt. Pac. *ad pr. Inst. de rer. divis.* † Sed dicamus; Imo res incorporales sunt in patrimonio; quoniam pro servitutibus actiones nobis competunt. §. *æque. Inst. de act. t. t. si servit. vind.* At tum rem habemus in bonis. *l. 52. de acquir. rer. dom. l. 49. l. 143. de V. S. l. 1. de R. I.* † *Objectio.* †*Respon. 1.*

At obstat *l. 1. de usu & usufr. leg.* † Quidam Gordianum nodum putant. Alii distingunt inter in bonis, & in dominio esse. *Objectio.* *Responsio.*

Alii, inter in bonis, & ex bonis esse. Alij, latiore significatu esse in bonis. Alij, ratione actionis cõfessoriæ esse in bonis. Denique variant Interpp. Sed verissimũ esse ju-
3. dico, quod Donellus & alij † docent, textum l. 1. *de usufr. legat* loqui de servitutibus non constitutis jure. Nam eas testator neque per fundum suum, neq; per alienum relinquere potuit. Vide Donell. *libr. 4. Com. c. 5.* Gœdd. *in l. 49. n. 13. de V. S.* Superior *ad proem. de servitut. n. 4.*

Nec interest etiam, sive sint res jam præsentes, sive futuræ. Sic enim spes futuræ perceptionis potest remitti pacto. *l. fin. C. quæ res pign. oblig. poss. l. 46. de pact. l. de fideicommisso. 11. C. de transact.* sicut etiam incertum conditionis *l. 1. C. de pact.* Et feudale jus etiam exoticas pactiones, ludicrasq; non nauseat, ut, canere certo die cantilenam; portare ramum florigerum &c. Dn. Andr. Knichen *de vestitur. pact. c. 1. n. 12.* ita
5. ut allegans † pactum esse contra jura, teneatur idipsum probare. *l. ab ea parte. de*
6. *probat.* Omnia namq; † præsumuntur licita, quæ de jure prohibita non reperiuntur. *l. nec uni. §. quod ex eis. ex quib. caus. major. l. Magistratus. D. ad Municip.* Videamus modo, de quibus rebus pacisci non liceat.

De quibus rebus pacisci non licet.

Res igitur, quæ in rerum natura non extant,

tant, neque futuræ ſperantur; ſicuti communi commercio natura ſua ſunt exemtæ: ſic etiam de ijs non licet paciſci, *arg.* §. *1.* §. *2.* & *3. Inſt. de inutil. ſtip.* Non igitur paciſci poſſum, ut hippocentaurum mihi tradas, *l. 97. de V. O.* Impoſſibile enim per naturam eſt, ut, quod in rerum natura non invenitur, nec ſecundum naturæ ordinem futurum ſperatur, in commercio hominum exiſtat. Et vero hippocentaurus † eſſe non poteſt. *d.* §. *1. Inſt. de inutil. ſtip.* Alciat. *libr. 9. Parerg. c. 3.* Cicero, *lib. 1. de nat. Deor.* Probat hoc eleganter Lucretius *in lib. 5. de rer. nat.* his verſibus.

Sed neq; Centauri fuerunt, nec tempore in ullo
Eſſe queat duplici natura, & corpore bino
Ex alienigenis membris compacta poteſtas,
Hinc illinc par vis, ut non ſic eſſe potis ſit.
Id licet hinc quamvis hebeti cognoſcere corde.
Principio circum tribus actis impiger annis
Floret equus; puer haudquaquam, quin ſæpe etiam tunc
Ubera mammarum in ſomnis lactantia quærit.
Poſt ubi equum validæ vires ætate ſenectâ,
Membraq; deficiunt fugienti languida vita:
Tum demum pueris ævo florente, juventas
Occipit, & molli veſtit lanugine malas:
Ne forte ex homine & veterino ſemine equorum
Confieri credis Centauros poſſe, neq; eſſe.

† *Objectio.* † Etsi namq; Claudius Cæsar scribat hippocentaurum, i. e. semi-equum & semihominem in Thessalia natum fuisse; & Plinius etiam *libr. natur. hist. c. 3.* eidem subscribat his verbis; & nos principatu ejus illatum ei ex Ægypto in melle vidimus.

† *Responsio.* † Non tamen fuit is ejusmodi Centaurus, de quo Poetæ fabulantur, & ad quem Justinianus respexit: sed monstrum fuit sive ex homine sive ex equo natum, quod subito, & eodem etiam die, ut Claudius Cæsar ait, obiit. Tale autem monstrum nec sperarare aliquem decet, neque oportet; & nec ideo in commercio esse potest, cum talia natura peccans in excessu vel defectu, detestetur potius, quam probet.

† *Objectio.* † Et si verum etiam est, quod apud Hieronymum legitur de Hippocentauro, qui Antonio Eremitæ comparuit.

† *Responsio.* † Nihil aliud tamen fuit is hippocentaurus, quam ipse Diabolus. Qua de plura Corasius *ad l. 35. de V. O. & libr. 5. Miscell. c. 3.* Goedd. *de contrah. stip. c. 6. conclus. 2.* Videatur Virgilius *lib. 6. Æneid.* Brech. *in l. 38. de Verb. Signif.* Joann. Franc. Pic. Mirandulan. *lib. 5. Exam. doct. var. gent. tom. 2. pag. 1129.* Hieron. Magon. *lib. 1. Misc. c. 20.*

Deinceps non valent etiam pacta de rebus

bus privatis alienis. *l. 7. §. 13. l. 37. de liberal. caus. l. 19. C. de pact. l. 25. l. seq. C. eod.* Hot. *in disp. de pact. n. 29.* nimirum si pactis jus alienum lædatur. Alias enim pacta super jure alieno † facta, quatenus ipsorum paciscentium jus privatum concernunt, valent, *l. inter debitorem. h. t. l. 28. l. si in emptione. §. omnium. de contr. emt. l. 20. de pignor. act.* Borchold. *in d. tr. de pact. c. 5. n. 54.* Gœdd. *in tr. de contrah. stip. c. 6. n. 12. & seq. per. l. 38. §. quæsitum. de V. O.* Sic etiam non valent pacta de rebus impossibilibus, *l. 31. de* R. I. cum impossibilium nulla sit obligatio. *l. 185. l. 188. §. 1. de* R. I. Hinc non valet pactum de dando homine non morituro. *l. non moriturum.* C. *de contr. stipul. l. 96. de V. O.* Exempla plura sunt in l. 12. §. *facti autem. de captiv. & postlim. revers. in l. 31. de evict. l. 15. de condit. instit.* Et hæc de rebus privatis velut exempli loco. Nam alia tractant Hotom. Gœdd. Borch. *dd. loc.* 6.

De publicis rebus & negotiis, non licet privatis pacisci. Privatorum enim pacta neque † de publica re, neque de eo, quod interest Reipublicæ facta valent. *l. stipulatio ista. de V. O.* Atque propterea dicitur *in l. 27. §. pacta. h. t.* Si pactum à re privata remotum sit, non esse servandum. † Cui non obstat, quod dicitur *in l. 7. §. & gene-* 7. † *Objectio.*

 raliter.

raliter. 16. eod. t. Et generaliter, quotiens pactum à jure communi remotum est, servari non oportet. † Nam id *in illo* §. *16.* dicitur, pacta, quæ jus commune improbat, non valere. A jure communi remotum, id est, à regulis & præceptis juris remotum. Cum quo consentit, quod alibi dicitur, jus publicum pactis mutare non possumus. *l. jus publicum. de Pactis.* Continet autem jus commune non solum juris scripti partes, sed etiam bonos mores. *l. pacta, quæ contra. C. h. t. l. 7. §. ait Prætor. ff. h. t.* Sic non licet pacisci, ne de adulterio agatur. *l. 18. C. de transact. l. 11. C. ad L. Iul. de adult.* cum tamen alias de alijs capitalibus criminibus sanguinis pœnam ingerentibus, pacisci liceat; propterea, quod cuivis qualiter qualiter sanguinem suum redimere liceat. *d. l. 18. l. 1. de bon. eor.*

† Responsio.

† Objectio. † Quin imo dicat aliquis, licet de adulterio pacisci & transigere. *l. 15. §. si negaverint. ad L. Iul. de adult.* † Resp. Ibi tantum ultro renunciatum esse accusationi adulterij. *l. mariti. §. plectitur. ff. eod.*

† Responsio.

8. Quæ autem † causa sit, cur de adulterio non liceat transigere? Variant Interpp. Ne ponamus autem causam in gravitate peccati; vel Legis latorum castitate; vel Italorum Zelotypiâ, Ne etiam dicamus, adulterij pœnam non fuisse

isse capitalem. Rideamus Fulgosium, qui libenter solet confiteri rationem nullam esse, quæ sufficiat; & quæ sunt aliorum alia commenta. Nos dicamus, id ideò fieri, quoniam alias ij, quorum consilio factum est, ut vir fœminavè in adulterio deprehensi aliqua pactione se redimāt, in lenocinij crimen incidunt. *l. 11. l. 14. l. mariti. in pr. & §. plectitur. ad L. Iul. de adult.* Coras. *libr 2. Misc. c. 1.* Bronchorst. *cent. 1. ass. 33.* Poterimus etiam allegare frequentiam delicti cum Bartolo. Quis enim nescit, exacerbari maleficiorum supplicia, quotiens nimirum multis personis grassantibus, exemplo opus sit. *l. 16. in fin. de pœn.* Sic de publicis criminibus, quæ sanguinis pœnam non ingerunt, non licet pacisci, quin paciscentes in falsi accusationem incidant. *d. l. 18. l. si quis repetere. ad SCtum Turpil.* Qua de re latius alibi.

† Sic non licet pacisci de hæreditate, sive successione futurâ, Hereditas enim pactis deferri non potest. Textus sunt *in l. 5. C. de pact. convent. in l. cum donationis. C. de donat. in l. pactum quod dotali. & ibi* Gothofred. *in l. fin. C. de pact. in l si quando. 35. §. illud etiam. C. de inoff. test. l. stipulatio hoc modo. de V. O. l. fin. de suis & legit. l. 3. C. de collat. l. 4. C. de inutil stipul.* Cujac. *ad l. 26. de Verb.*

† *An liceat de hereditate pacisci.* Neg.

Verb. Oblig. Anton.Faber *de Errorib. Pragm. decad. 13. & seqq.* Quibus textibus splendidæ juris rationes possunt addi.

† *1. Ratio. 9.* † Primò namque ejusmodi conventiones de succedendo, vel non succedendo, bonis moribus contrariæ videntur; tum quod liberam testandi potestatem adimant. *l. cum duobus. 52. §. idem respondit. 9. ff. pro soc. l. pactum quod dotali. l. licet. C. de pact.* Scip. Gentil. *de alim. c. 30. in fin. &c.* tùm, quod captandæ mortis alienæ occasionem præbeat *l. fin. C. de pact. l. de fideicommisso. C. de transact. l. quidam. §. 1. de donat.* Cur enim paciscuntur de hujus hereditate? nisi quia jam de hujus morte aliquid moliti sunt, & de hæreditate spem aliquam conceperunt; cum tamen hæreditas aliàs ad ipsos non spectet. Et verò non convenit, ut sollicitus quis sit de viventis hereditate *l. 2. §. interdum. de vulgar. l. ita tamen. §. à patre. ad SC. Trebell.* Doneil *ad l. fin. C. h. t. n. 13.*

† *2. Ratio.* † Deinde aditio & repudiatio hereditatis à pari procedunt. Nam ille potest repudiare, qui potest adire. *l. is potest. de acquir. hered.* Hereditas verò viventis adiri non potest. *l. qui superstitis. de acquir. hered.* Nec igitur poterit repudiari. *d. l. si quando. §. illud. C. de inoff. test. cum similibus textibus.* † Accedit eò, quod juri de futuro non

possit

possit renunciari. *l. si ita scriptum.* §. *sub conditione. de legat.* 1. † Et in liberis ea quoque ratio, quod ipsis debeatur hereditas jure naturæ; Jura vero naturalia sunt immutabilia. † Tum quod in rerum natura non est, nullo modo potest perimi. §. 1. §. 2. *Inst. de inutil. stipul. l. 30. de V. O.* Privatio † namque præsupponit habitum *l. 10. de V. O. l. ejus qui. si cert. petat.* At verò hereditas futura nondum est in rerum natura. *l. nam etsi. de injusto rupt. l. quidam referunt. de jure codicill. l. hereditas. C. de pact. convent. l. qui superstitis. de acquir. hered.* † Iterum hereditas antequam is moriatur, de cujus successione agitur, non potest aditione acquiri, vel repudiatione amitti. *d. l. qui superstitis. de acquir. hered.* Ergo nec pactione. † Iterum is, qui paciscitur super hæreditate alicujus, sine hujus consensu ipso jure se facit indignum *l. 2. ff. quib. ut indign. &c.* † 4. Ratio. † 5. Ratio. 10.] † 6. Ratio. † 7. Ratio.

† Item pactum hoc renunciationis est contra bonos mores, quicquid etiam Bartolus dicat. *d. l. 2. de his, quib. ut indign. l. quidam in jure.* §. *fin. C. de donat. l. nam ei. ff. eod. d. l. fin. C. de pact.* Et quod sit contra bonos mores, ex eo apertum est, quia turpitudo ex parte illius, in cujus favorem fit renunciatio, versatur: & quia versatur † 8. Ratio.

etiam

etiam ex parte renunciantis. Nam & ille; in cujus favorem fit renunciatio, votum captandæ mortis habere præsumitur. *c. detestanda. c. ne captandæ. de conceß. præbend. lib. 6.* Et is etiam, qui renunciat. *arg. l. si pignore. in pr. ff. de furt. l. 2. d. his quib. ut indign.* Vasquius *de succeß. creat. lib. 2. t. 18. n. 25.* Hartman. Pistor. *lib. 4. q. 1. n. 6.* Qui enim rem sibi accommodatam alteri accommodat, furti tenetur. Species enim lucri est de alieno

11\. † largiri, & beneficij debitorem sibi acquirere.

† 9. Ratio. Porro conventiones non sunt modi acquirendi dominij, sed acquirendæ obligationis. *l. 3. de O. & A. l. 20. C. de pact. d. l. fin. de*

† 10. Ratio. *suis & legit.* † Item alteri non paciscimur. *§. si quis alium. §. alteri. Inst. de inutil stipul l. 1. C. per quas person. nob. acquir.* At hoc casu pacisceremur alteri. Gœdd *d. c. 6. n 63.* Et homines sunt prodigales, & acciperent mediam partem. Addunt alij, quod donatio omnium bonorum nō valeat. Malè. Nam imo donatio bonorum omnium valet. *l. omnes § 1. Quæ in fraud. credit. l. 35. §. sed etsi. C. de donat. l. 8. C. de revoc. donat. l. 5. C. de inoff. donat. l. Iurisgentium 7. § ait. Prætor. 7. D. de pactis.* Et qui donat omnia bona, non donat omnia jura. *l. 6. & seqq de pignorib.* Addunt alia multa Georg. Natan. *in tr. de pact.*

succeß.

succeß. & Bereng. Fernand. *in c. un. de fil. nat. ex matrim. ad morg.*

† Sunt tamen non levia, quæ videntur assertioni huic contrariari. Et primo quidē, quod Prætor dicat, se pacta servaturum. † *Objectio.*

† Verum facilis est responsio, quæ in d. §. recensetur ibi: *quæ neq; dolo malo neq; adversus leges &c.* † Deinde obstat, quod quilibet sit rei suæ moderator † & arbiter. *l. in re mandata. C. mandati. l. sed & si. §. consuluit. de hered. petit.* Resp. † Regula illa multas patitur exceptiones, ut videre licet *ex toto tit. Inst. Quib. alien. lic. vel nō.* Deinde nondum est res ejus, qui paciscitur de non succedendo, cum successione demum ejus fiat. Tandem quod dicitur, quemlibet rerum suarum moderatorem esse; hunc sensum habet, ne cuiq; rationem administrationis reddere cogatur; non etiam ut lex nequeat in eum animadvertere. Menoch. *consil. 1. n. 139. cum seqq.* † *Responsio.* † *Objectio.* 12. *Responsio.*

† Tertiò obstat l. 2. *C. de pact.* l. de fideicommisso. *C. de transaction.* † Resp. LL. loquuntur de fideicommissariâ hæreditate, de qua pacisci licet, quoniam ibi nullum votum captandæ mortis alterius. *d. l. de fideicommisso.* Deinde respondeo, non agi in illis ll. de hereditate, vel alio jure viventis, sed de relicto conditionali, quod recessit jam ex bonis defuncti. *Objectio. Responsio.*

† Non

† *Objectio.* † Non obstat l. 1. §. 3. *si à parente quis man. sit.* † Nam ut respondet ex Wesenbecio Gothofredus meritò tale pactum valet; quoniam nō est de futura successione repudiandâ, sed de ijs, quæ patri in auctoramentum emancipationis debentur. *arg. l. 107. de V. O. d. l. 1. §. 1. Si à par. quis manum.* Et habetur magis pro venditione juris sui, quàm pro pacto successorio. *t. t. de hered. vel act. vend.* Joann. Crot. *in l. stipulatio hoc modo. n. 114. cum seqq. de V. O.* Zasius *ibid. n. 23.* Bodin. *libr. 1. de Republ. c. 4. n. 25.* Dauth. *in c. quamvis. in 6. n. 9.*

† *Objectio.* † Non obstat, quod Esau hereditati renunciarit. † *Respons.* † Nam id negandum est. Renunciavit enim solummodo juri primogenituræ. Imol. *in l. stipulatio hoc modo. n. 5. de V. O.* Dauth. *d. loc. n. 13.* Adde Vacon. à Vacun. *libr. 5. declar. 57.* Gœdd. *de contr. stip. c. 6. n. 65.* † *Objectio.* † Non obstat *l. 122. in fin. de V. O.* † *Responsio.* † Nam ibi pacti sunt de hæreditate non futurâ, sed præsente; quemadmodum annotant ibidem, & tradit Georg. Naran. *de pactis circa success. n. 7.* Adde Gœddeum *de contr. stipul. c. 12. concl. 5.*

† *Objectio.*

13\. † Non obstat, quod omnia † censeantur permissa, quæ non expresse prohibita, *l. nec non. §. quod eis. Ex. quib. caus. major.* † *Responsio.* † Nam tum legibus, tum rationibus pro-

barum

batum fuit, quod talia pacta sunt prohibita in jure nostro. † Obstat etiam l. licet. † *Objectio.* *C. de pact.* † Verum loquitur de militibus † *Responsio,* sive commilitonibus, inter quos pactum de vicissitudinaria successione toleratur, si factum fuit in prælio. Valet enim ea dispositio, nō ut pactum, sed ut testamentum militare; cum voluntas militū, quoquo modo declarata, pró justo testamento habeatur.

† Obstat l. fin. *C. famil. hercisc. auth. ex* † *Objectio.* *testamento. C. de collat.* † Resp. Valere di- † *Responsio.* spositionem patris non ut pactum, sed ut ultimam voluntatem; veluti, si disponat, ut liberi partibus inæqualibus dividant hæreditatem, vel si Princeps relinquat imperium annuis vicibus habendum, & ut alternis imperarent; quemadmodum fecit inter Æmuliū & Numitorem Proca.

† Obstat. *l. fin. C. de pact.* † Sed loquitur † *Objectio.* in eo casu si duo † paciscantur de heredita- † *Responsio.* te tertij, tertio consentiente; quoniam 14. tùm non paciscor de hereditate hujus, sed tertij cujusdam, certo modo dividenda; qúæ pactio valet, modo tertius usque ad mortem in eo consensu perseveret. *l. quidam. §. fin. de donat.* Petrus Heig. *quæst. 6. n. 54.* Vult. *lib. 1. de feud. c 7. pag. 192.* Et proponitur igitur ibi exceptio à præcedente

O regula.

regula. Ratio exceptionis, quoniam periculum captandæ mortis consentienti minuitur. Etenim si quid metuat à paciscentibus, licet ei evitare, si testetur, se non amplius consentire; quod facere nequit, qui ignorat, pactionem de suis bonis esse interpositam. Et breviter, tela prævisa minus

15. † nocent. Lex illa fin. continet tres partes. Prima complectitur thema Imp. propositum, *in pr. ibi, interrogati sumus.* Secunda pars continet rationem dubitandi pro parte negativâ. *vers. faciebat autem eis quæstionem*: Et adjicitur ratio dubitandi pro parte affirmativa, *Vers. quia non sunt ita confecta.* Postea subjicitur decisio cum ratione decidendi. *Vers. Sed nobis &c.* Et limitatio decisionis. *Vers. ipse forte.* Tertia pars continet ampliationem & limitationem regulæ. *Vers. Iubemus enim fieri.*

†*Objectio.* † Non obstat, *l. quidam, cum filium 132. de*
† *Responsio.* *V.O.* † Quoniam ibi pactum non expressam, sed tacitam successionem inducebat.

16. Multa verò, quæ † expresse fieri non possunt, possunt tacite, *l. si quis Sempronium. de hered. instit. l. nonnunquã contingit. de condit. & demonstr.* Et sæpius aliquid principaliter in jure nostro non admittitur; admittitur tamẽ per consequentiã. *l. 1. de autor. tutor. l. in modicis. de cõtr. l. empt. filiusfam. §veterani de procur.* Vsil. *in §. item Serviana. Inst. de act. n.* 36. Do-

36. Donell. *libr.11.comm.c.4.&c.* Sicuti etiam sæpe, quæ fieri non debent, si facta fuerint, non rescinduntur. *l.1.§.5. Quando appell. sit. l.85.§.1. de R.I. l. patre furioso. de his, qui sunt sui vel al. jur.* Deinde pactus ibidem fuerat pater filium in adoptionem dans, ut filius non exheredetur aut prætereatur. Gœdd. *de contr. stip. c. 6. n. 65.*

†. Obstat porrò *l.3.§.2. pro soc.* Quidam distinguunt inter successionis & justæ hereditatis nomina. Tiraq. *in tr. l. mort. suis. p.2. declar. 7. n. 7.* Dauth. *de testam. in proleg. n. 6. p. 34.* †Responderi potest; ibi societatem non de alicujus certi hominis hereditate contractam fuisse, sed generaliter, si aliqua justa hereditas alteri obvenerit. Quæ responsio communis est: sed aliis tamen displicet. Et hi malunt respondere, quod illic hereditatis commercium valeat in consequentiam præcedentis contractus societatis. Item, quod hereditas ibi non deferebatur ad unum, sed fiebat communis. Itē quod *in d.§.2.* pactū ſſit de futura successione mortui, non vivi. Quam solutionem Riminaldi multi sequuntur, etiam Bereng. Fernand. *in c. un, de fil. nat ex matrim. ad morg. c. 1. pag. 624.* per hæc verba, præteriti temporis obvenerit & obvenit. Cæterum vulgaris solutio mihi magis arridet; quoniam omninò rationem habet.

† *Objectio.*

† *Responsio.*

† *Instantia.*

Nec enim hominis incerti, quem ignoro, mortem captare possum. *arg.* §. *legari. Inst. de legat.* † Et verbum OBVENERIT, est futuri temporis in modo conjungendi. *l.* 123. *de V. S.* & verbum OBVENIT, sive sit præteriti sive præsentis temporis; societas tamen antecessit.

† *Refutatur*

† *Explicatur l.* 3. *pro soc.*

17\. † Nimirum † quærebatur ibi, si ita societas coita sit (*sic antiqui libri recte legunt & uterq; MS. meus*) ut si qua justa hereditas alterutri obvenerit, (scil. aliquando, quod particula QUA satis indicat, quæ nihil determinat,) communis sit: quæ justa censeretur, utrum ea saltem, quæ iure legitimo obvenit, nimirum ab intestato; an & quæ ex testamento? Et videbatur dicendum, etiam eam, quæ testamento relicta erat, hoc contractu venire: 1. quoniam testamentum dicitur IUSTA sententia, &c. *l.* 1. *Qui testam. fac. poss.* 2. quoniam lege obvenire hereditatem non impropriè quis dixerit & eam, quæ testamento defertur. *l. lege.* 130. *de V. S.*

Contra tamen deciditur; Et ratio, quoniam convenit, ut verba potius exaudiamus in propria significatione, juxta receptam sententiam. Atqui successio, quæ

18\. competit † ab intestato, propriè legitima dicitur; utpote quæ sola lege principaliter ni-

ter nitatur. §.*1. & t.t. Inst. de hæred quæ ab int. def. l. lege.* C. *de legit. hered. l. 1. l. 2. de petit. hered. l. 13. l. 17. §. hæres. l. 22. l. 39. de acquir. hered.* Non obstat prima ratio dubitandi. Nam ibi dictio *justa* refertur ad sententiam testatoris jure factam, & convenit cum vocabulo δικαίȣ, non cum vocabulo νομίμȣ; Forster. *libr. 1. de success. c. 18.* Gilken. *in §. si quis à non Domino. c. 1. Inst. de rer. divis.* Non obstat secunda ratio dubitandi. Nam testamentaria successio dicitur lege obvenire, non impropriè, id est, nec propriè, nec impropriè, sed non impropriè, id est, largè. Forster. *libr. 1. de success. c. 16. & 17.* Donell. *libr. 9. com. c. 1. & libr. 7. com. c. 16.* Cujac. *ad l. 2. de R. I.* Gœdd. *& alij ad d. l. 130. de V. S.*

† Non obstat l. 11. *de hered. vel act. vend.* & l. 2. §. illud *potest. eod.* † quoniam utrobique non agitur de spe hereditatis futuræ, sed spe hereditatis jam delatæ. † Non obstat, quod ibi dicitur, *MAXIME SI IAM DELATA.* Unde patet idem esse, si nondum sit delata. † Resp. enim, Licet particula *MAXIME* plerumque sit † comparativa & implicativa ut in l. 4. *de servit. urb. præd. l. sunt qui. l. cum ex caussa. de re judic.* Eberhard. *in Top. de nat. dict. implicativarum. lib. 1. Obs. nostr. c. fin.* Sæpè tamen etiam est † *Objectio.* † *Responsio.* *Objectio.* † *Respon.* 1. 19.

 restri-

restrictiva; & usurpatur pro Utique: Sæpe etiam abundat. Qua de re Zasius *in l. 1. §. quæsitum est. Quod legator. & in l. debitor. Quæ in fraud.cred.& l.sunt qui.de re judic.* Ade Lexicogr. Secundo, si non fuit omnino delata hæreditas; attamen mortuus fuit impubes, & talis casus fingendus, ubi sub conditione heres impuberi substitutus fuit, quâ pendente conditione, cur non possit hereditas vendi? licet nondum delata, modò sit hereditas? id est, modò sit impubes mortuus. Viventis enim non est hereditas. *l. 1.de hered. vel act. vend.*

2\.

† Objectio. † Non obstat l. jurisgentium, 7.§. *pen.h. t.*

† Responsio. quoniam ideo filiusfamilias doli exceptionē habet; quia paciscendo nō minuit bona parentis adhuc viventis, nec in alium transfert, sed potius bona exonerat, & libera facit; & deinde non valet ibi pactum; quoniam competit exceptio doli.

Objectio. † Non obstat l. si quis servum. *de act. empt.*

Responsio. † Fit n. id ex necessitate venditionis præcedentis, contra cujus fidem venditor fecit, dum servum manumisit. Eadē responsio est ad l. non aliter. *de adopt.* Et loquitur uterq; textus, quando quis stipulatur ab arrogatore, vel manumittentis venditore, ut quicquid ex hereditate impuberis arrogati, vel servi manumissi ad ipsos pervenit, restituant, & quando nimirum is paciscitur,

ſcitur, cui etiam ſine pacto hereditas deberetur. Licet enim de jure ſuo paciſci. Et verò debetur heredi arrogati impuberis hereditas, etiam citra ſtipulationem. *l. his verbis. de adopt.* & emtori etiam actione ex emto ſatisfieri debet. Donell. *ad l. fin. C. de pact. n. 14.* Valquius *de ſucceſſ. lib. 2. §. 18. n. 287.* Anton. Cont. *de hered. ab inteſt. n. 32.*

† Tandem objiciunt l. ſi quando. *§. illud. C. de inoff teſtam.* à nobis pro noſtra ſententia productam, quam aliqui vehemẽter adverſari cenſent, quod ex ea probari putent, de legitima poſſe convenire, vivente patre. † Reſpondent aliqui, eum, qui legitimæ renunciat, nõ renunciare hereditati viventis; propterea, quod legitima nõ ſit quota hereditatis, ſed portio bonorum. Verum ſi penitius introſpiciamus d. §. illud. reperiemus tale pactũ de legitima nõ valere: cum expreſsè dicat Imperator, hujusmodi pacto filium minimè gravari. †Objectio. † Reſponſio.

Quid a. ſi non hereditas tota, ſed pars bonorũ † in pactũ deducatur? Variant Dd. Burſatus ait, valere pactũ. Alciat. negat; & id probat Fachin. *lib. 5. Controv. c. 84.* qui cenſet, adhuc pactũ non valere, ſi non tribuat hereditatẽ; ſed fundatur potius in perſona & obligat promiſſoris heredẽ. *d. lib. 5. c. 85.* Et tum etiam non valere, ſi pactum de futura ſucceſſione ſit reciprocum inter privatos. Quæſtio. 20. Op. Aff. Op. Neg.

97. Georg. Natan. *de pact. success.* Bereng. Fernand. *in c. un. de fil. nat. ex matrim. ad morgan.*

Cæterùm statuto vel consuetudine fieri potest, ut tale pactum de successione † futura valeat; non solum si pactum sit de non succedendo: sed etiam si sit de succedendo. Georg. Natan. *de pact. success. n. 9.* Petr. Heig. *quæst. 23. n. 16. n. 19. n. 34. & seqq.* *Aurpach. lib. 2. sing. alleg. c. 21.* Wesenbec. *in l. pactum. n. 7. C. de pact.* Rauchbar. *part. 2. q. 2. n. 105.* Bodin. *lib. 1. de Republ. c 2. in fin.* Et est textus *in jure feud.* c. 1. §. moribus. *si de feud. defunct. content. sit.* Atque videmus hodie totius Germaniæ consuetudine, tale pactum inter illustres personas admitti. Geil. *libr. 2. Obs. c. 14. & 127.* Potest enim consuetudine hereditaria successio induci. *c. unic. de nat. success. feud.* cum consuetudo † legem imitetur. §. *sine scripto. Inst. de jur. nat. gent. & civil.* Adde Zasium *ad l. 61. de V.O.* 21. 22.

Objectio. Objic. Quod pacto fieri nequit, quia contra bonos mores est, id ne quidem statuto quoque fieri potest. Anton. Hering. *in tr. de fidejussorib. c. 20. §. 9. n. 50.* *Responsio.* Sed existimo statuta plus operari, quàm pacta † privatorum. Nam statuta legibus annumerantur. *c. 1. & 2. de constit. in 6. l. 46. in pr. de Verb.* 23.

 signif.

ſignif. l.37.de reb.autor.judic.poſſid. l. 6. Quod cujusq; univ.nomin. Petr. Ravenn. *in enarrat. tit. de conſuet.n.32.p.142.* Schneidwein. *& Dd.comm. in §. conſtat. Inſt. de I. N. G. & Civil.* Et dic, quod omne pactum, mortis votum inducens, ſit illicitum; poſſit tamẽ lege fieri licitum. Vultej. *libr.1.de feud. c. 7.n. 48.* Deinde conſtat, ſtatuta & conſuetudines non rarò juri communi adverſari. *l. omnes populi de juſt. & jur. c. fin. de conſuetud.* Fachin. *lib. 2. Controv. c.101.* Accedit eò, quod ea pacta quidem ſint contra bonos mores: non tamen contra bonos mores juris divini, ſed contra bonos mores juris civilis Hartman. Piſtor. *lib. 4. q. 2.n. 27.pag. 54.* quem omninò vide. Beuſt *in rubr. de injur. n. 39.*

Forſterus *in d. tract. de ſucceſſ.ab inteſt.lib. 4.c.24. n.21. Ubi ita* quærit, an privata fa-
24. milia † certas ſibi ſucceſſionis leges condere poſſit? Quod negat. Et utique negandum eſt, quatenus Imp. autoritas non accedit, per ea, quæ tradit Gail. *libr. 2. Obſ. c. 127.* & Heigius *d. quæſt. 23.n. 39. & ſeqq.* Sanè jure Saxonico talia pacta ſuceſſoria quinque teſtes exigunt, & revocationi ſubjacent. Weſenbec. *ad tit. de pact. dotal. in fin.* Heig. *d. quæſt. 23. n.36.* Vide

Anton.

Anton. Fabr. *in Errorib. Pragmat. decad. 13. & sequentibus per plurima capita.*

Hæc autem quæ dicta sunt hereditati † sive succeſſioni pacto renunciari non poſſe, locum etiam habent in filia ſucceſſioni paternæ renunciantí; quæ etſi dotem acceperit, & deinceps hereditati paternæ pacto renunciavit, nihilominus adhuc ſuccedere poterit, ut ita † renunciatio ſit abſque effectu. † Idque de jure civili ſemper eſt veriſſimum *per d. l. licet. l. 15. C. de pact. &c. l. cum hi. ff. de transact. l. si quando. §. 1. C. de inoff. testam.* Is enim, qui renunciare vult hereditati, neceſſum eſt, ut efficiat, ne ſit cognatus proximus; Hoc autem per naturam facere nequit. Quia jam ſemel cognatus fuit. Factum verò non poteſt infectum fieri. Hinc etiam irrita ſunt pacta, quibus quis jus agnationis repudiat. l. 34. *h. t. l. 8. de* R. I. Gœdeus. *in l. 3. n. 38. de V. S. & in tr. de contr. stipul. c. 6. concl. 7. per tot.* Hottoman. *conſ. 22.* Bronchorſt. *cent. 2. aſſert. 25.* Mynſing. *cent. 5. Obſ. 59. & ſeq.* Fachin. *libr. 2. controv. cap. 101.* Donell. *ad l. fin.* C. *de pact. n. 28. & ſeqq.* etiam, ſi juramento ſint confirmata. *arg. l. non dubium. de legib. l. ſi inquit. §. fin. de legat. 1.*

Q. An filia succeſſioni renunciare poſſit?

25.

Neg. de jure civil.

Quam-

Quamvis enim jusjurandum res sacra sit, 26. ad impugnandas † tamen bonas leges eo non debemus uti. Donellus *d. l. fin. n. 35. & ad Auth. Sacramenta. C. si advers. vendit.*

Objectio. † Nec obstat Novella Leonis 19. in qua antiquata est l. pactum, *quod. C. de pact.* & constitutum, ut vires habeat pactum nuptiale, quo pater se obligavit filiæ dotanti, ut sibi nihilominus cum cæteris filijs in portionem æqualem succedat. † Nam ut Responsio. aliquoties dictum est, & ad hanc etiam Borcholdt & Gœdd. reponunt, Novellæ Leonis non magnæ sunt in jure nostro auctoritatis; præsertim eæ, in quibus fiducia Philosophiæ & ingenij jus rectè receptum temerè & audacter correxit. E quarum numero etiam hanc latè comprobat Gœddeus *d. concl. 6. n. 74.* Sufficere igitur potest illa responsio, quod juri nostro non sit inserta; ac proinde legis vim non habeat. Imò cum sit contraria. d. l. pactum quod: iccirco nullam prorsus ejus esse rationem habendam tradit Fachineus. *d. l. 2. Controv. c. 101. in fin.* Adde Gœddeum *ad l. 144. circ. fin. de V. S.* Cujac. *lib. 17. Obs. c. 31.* Vigl. Zuichem. *in pr. Quib. mod. test. infirm. n. 3.* Cont. *in l. 15. de pact.* Alberic. Gentil. *lib. 1. de nupt. c. 6.* Hartm. Pistor. *lib. 4. Quæst. c. 6. n. 14.*

† Porro

Porro de jure Canonico non ita constat, & quidem receptum est à plerisque, filiam hæreditati paternæ nec de eo jure renunciare posse, nisi renunciationem illam suam juramento confirmet. Ergò si juramento confirmaverit, valebit renunciatio. Debet autem hoc juramentum esse corporale, non verbale. Nec sufficit clausula an Endes statt. Covarruv. *in c. quamvis. p. 1. §. 2. n. 103.* Modestin. Pistor. *cons. 19. n. 47. & seqq. vol. 2.* Matth. Col. *p. 1. c. 10. 244.* Rutger. Ruland. *de commiss. p. 2. lib. 2. c. 11. n. 11. & seqq. de testium examinatione. n. 31.* Speckhan. *cent. 1. q. 4. n. 14.* Dissentire videtur Rauchbar. *p. 2. quæst. 2. n. 54. & seqq.* Nec enim † est idem quod ponitur pro eodem. *gl. in l. mercis. de V. O.* Bald. *in c. 1. de consuet. recip. feud. & cons. 12. n. 4. p. 3. & cons. 491. n. 2. p. 3.* Juramentum enim præstari debet specificis verbis, non relatione ad aliud factum. *c. pen. & ibi Panorm. de injur. Tiraquell. de leg. connub. gl. 5. n. 120* Et introductum pro forma non potest adimpleri per æquipollens. Alexand. *in l. 1. n. 8. de lib. & posthum.* Jason. *in l. 1. n. 4. De V. O.* Forma namque legis à nemine † potest mutari. *l. testan di. C. de testam.* Bald. *in l. 1. de lib. & posthum. Cc. in c. pervenit de emt. & vend.* Bart. Bald. *& alij Dd. comm. in d. auth. si qua mulier.*

† An possit de jure Canon.?

27.

28.

mulier. Dissentire tamen videtur *gl. in d. c. quamvis. in Verb. nullatenus.* Et ita docent Guido Papæ *Quæst. 146. & quæst. 192. quæst. 224.* Bronchorst. *d. assert. 25.* Gœddeus *in dd. locis. per d. c. quamvis. 2. extra. de pact. in 6. & c. licet. de jurejur. in 6.*

† 1. *Opin. Dd. & Authoris.*

Atque extendunt alij, ut locum habeat, etiamsi filia monasterium ingredi voluerit. Vide Fachin. *libr. 2. Contr. c. 22.* Item ut si sic renunciaverit, excludatur etiam à legitimis, Fachin *in d. lib. 2. cap. 25.* Et addunt alij rationem, quod hic agatur periculum peccati. Georg. Natan *de pact. success. n. 10.*

† 2. *Opin. Hotom.*

† Hottomannus tamen in consilijs suis ab alijs divertit, & ne juramento quidem rectè renunciare posse filiam hereditati paternæ defendere conatur. Et verò cum juris Pontificij capitula sibi videret admodum adversari, eorundem auctoritatem elevat his seqq. fundamentis.

† 1. *Ratio.* † 1. Quod c. quamvis autor sit Bonifacius IIX. Bonifacius nimirum ille, de quo Platina reliquit, ipsum intrasse ut vulpem; regnasse ut Leonem; mortuum esse, ut canem. † *2. Ratio.* † 2. Inquit Hottomannus, jusjurandum contra legem naturæ inductum, nullius est momenti; *c. non est obligato.*

ligatorium. de R. I. in 6. cap. Quintavallis. extra. de jurejur. Auth. quod eis. C. de nupt. Atqui legitima portio quæ liberis debetur, inducta est jure naturæ. *l. 9. de bon. damnat. l. in suis. de liber. & posth.* Ergo jusjurandum contra illam legitimam inductum, non est observandum. Ex quo est etiam illud Dd. non posse † doti & legitimę renunciari; & imo juratam renũciationem non valere. *l. quoniam. C. de inoff. testam. l. si quando. §. & generaliter C. de inoff. test. l. pactum. C. de pact. d. l. pactum dotale C. de collat.* Scip. Gentil. *de alim. c. 10. in fin.* 30.

† 3. Jus publicum privatorum pactione non potest everti. *l. jus publicum. de pact.* Atqui jus sui est publicum. *l. fin. de suis & legit.* Ergo privata patris & filiæ pactione non potest everti. † *3. Ratio.*

†4. Quod nullum est confirmari nequit; At nullum est, inter eos initum pactum, qui prohibentur contrahere. *l. non dubium. C. de legibus.* Ergo juramento non potest confirmari. *l. pactum. C. de collat.* †*4. Ratio.*

† 5. Accedit eo, quod DEUS ad res injustas non obliget. *d. caus. 22. quæst. 4.* †*5. Ratio.*

† Tandem

†*Ult. Ratio.* † Tandem quod tale juramentum ſit contra bonos mores.

†*Reſp. ad 1. Ration. Hot.* Nos his objectionibus Hotomanni reſpondeamus ordine. † Et quamvis ab initio negari non poſſit. Bonifacium VIII. nullum non lapidem moviſſe, quo juri Juſtinianeo, atque Imperatorum poteſtati derogaret: hic tamen videtur, magnam & rationabilem ſanctionis ſuæ cauſſam allegare, (Quomodo verò rationem h. cap. quidam directò impugnent, quidam indirectè, vide omninò Johan. Dauth. *in c. quamvis. n. 20. p. 61. extr. de pact.* Joan. Fichard. *lib. 1. conſ. 54. n. 4.*) nimirum, quod omne juramentum non vergens in æternæ ſalutis diſpendiũ debeat ſervari. †Deinde quod dicitur, jusjurandum contra
†*Reſp. ad 2.*
31. naturæ †legem inductum nullius eſſe momenti, intelligi debet de eâ lege naturæ, quæ præcipit de honeſtis & turpibus; non etiam quæ de commercio rerum. Et quamvis legitima portio liberis jure naturæ debeatur, non tamen ab omnibus ita receptum eſt, hereditatem eodem jure deberi. Accedit eò, quod etſi renunciet hereditati; legitimam tamen ſuam ut plurimum ſalvam retineat. Et deinde l. ſi quando. § *generaliter. & l. quoniam.* non loquuntur in eo caſu, quando filia renunciavit

ciavit succeſſioni univerſali. † Et quamvis jus ſuitatis ſit publicum: ita tamen eſt publicum, ut privatos potiſſimum concernat; non ſecus, atq; alibi dicitur, intereſſe Reipublicæ, mulieres ſuas dotes ſalvas habere. Et aliud eſt, quærere, an juri ſuitatis & agnationis aliquis renunciare poſſit; aliud, an poſſit ſucceſſioni. † Reſp. ad. 3.

† Quod quarto loco dicitur, quod nullum eſt, confirmari non poſſe, nimis generaliter intellectum eſt vicioſum. Reſtringi namq; debet ad id, quod ipſo jure nullum eſt. Aſſumptio vero ejusdem argumenti hac diſtinctione poterit enervari, quod nonnunquam † aliquid prohibeatur propter turpitudinem, & tum juramento non poteſt confirmari: nonnunquam in privilegium & favorem perſonæ, & tum juramento poterit renunciari. *Auth. Sacramenta. C. ſi adverſ. vendit.* Item hoc caſu licet valeat juramentum filiæ; pactum tamen ita non confirmatur, ut hæredibus præjudicet, ſicut inferius dicemus. † Nec exiſtimandum eſt, hoc juramentum injuſtum eſſe. Quod enim lege permittente, & jubente, vel ratione quoq; legis fit, in eo nemini fit injuria. † Tandem negandum eſt, hoc juramentum eſſe ſimpliciter contra † Reſp. ad. 4 · 32. · † Reſp. ad. 5. · † Reſp. ad ult.

P bonos

bonos mores. Etsi namq; sit contra bonos mores juris civilis: non tamen est contra bonos mores juris divini, naturalis, Pontificij: quippe sine detrimento æternæ salutis servari potest, neq; jus alterius lædit; maximè, quando consecuta sit filia suam legitimam jure naturæ debitam. Et sanè, si contra bonos mores naturales omninò sit, alienam mortem captare; non tamen adversus eosdem erit, sibi testamenti factionem adimere. Boni
33. mores † aliter à legibus, aliter à Canonibus considerantur, inquit Gœddeus.

Contra bonos mores Canonico instituto ea saltem sunt, quæ naturâ improbantur, & peccatum fovent; Quæ verò solo civili instituto improbantur, Canones, ut bonis moribus contraria, non attendunt. Gœdd. *ad d. l. 3. n. 8. & in d. concl. 7. n. 103. & seqq.* Petr. Heig. *q. 23. n. 9.* Bereng. Fernand. *d. c. un. pag. 719.* Quamvis autem distinctionem istam impugnet cum Covarruv. Chassanæus *in consuet. Burgund. p. 6541.* Scip. Gentil. *in tr. de donat. inter vir. & uxor. lib. 3. c. 25. circ. fin.* tamen eleganter eam defendunt Corasius *in l. filium quem. C. Fam. hercisc. n. 34.* Ayrer. *in tr. ad l. ut vim. pag. 156. & seq. n. 122. & seqq. D. de Iust. & Iure.* Hartm. Pist. *l. 4. q. 2. n. 28.*

Et

Et certè sunt boni mores alij naturales, alij civiles. *arg. l. 15. §. 6. de injur.* Aretin. *in §. illud. Inst. mand.* Seu, si mavis, sunt aliqua natura turpia, aliqua hominum instituto. *l. probrum. 42. de V. S.* Pactum de successione non est natura turpe. Nam valet inter milites. *l. licet. C. de pact.* & valet etiam, si consentiat is, de cujus hereditate agitur. *l. fin. C. eod.* Constat igitur jure Canonico filiam juramento successioni paternæ efficaciter renunciare, si dotem acceperit. † Quid autem, si dotem non † acceperit, sed gratis renunciaverit? † Idem esse tradit Fachineus *lib. 3. contr. c. 24.* Contrarium tamen statuunt Anchoran. *Cons. 39. n. 2.* Anton. de Petruc. *in l. 1. n. 105. de jurejur.* Gail. *lib. 2. Obs. c. 147. n. 13.* Vide Dauth *in d. c. quamvis n. 81.* & in utramq; partem disputantem eleganter Georg. Natan. *de pact. success. à n. 24. usq; ad n. 33.* Q. 34. † *Responsio.*

† Quid autem, an illa renunciatio † matris, de qua diximus hactenus, præjudicet nepotibus? † Bartolini quidem † distinguunt, an hi nepotes concurrant cum alijs nepotibus, quorum parentes non renunciarunt: an vero cum patruis. Priore casu non obesse nepotibus matris renunciationem: Posteriore contra. Vi- † Q. 35. 1. *opin.* *Bart.*

tal. de Camban *in tr. clausularum p. 256. n. 8. & 46.* † Bald. distinguit, an filia sit præmortua patri; an post matrem. † Ludovic. Romanus, quem etiam alij sequuntur, & inter hos etiam Bereng. Fernand. *in d. cap. unic. de fil. nat. &c. in qq. super pacto de non succedendo. pag. 725. & seqq.* censent indistinctè renunciationem matris nepotibus præjudicare. † Sed receptior tamen & verior est sententia, non præjudicare.

† 2. *Opinio Bald.*

† 3. *opinio.*

† 4. *opinio Auth.*

† *Ratio.*

† Licet enim mater exclusa sit ob renunciationem, non tamen protinus exclusi censentur esse filij. *l. si unus. in pr. de pact. arg. Rubr. Ne fil. pro patr. l. si ex patronis. §. fin. de bon. lib. l. si quis filio. circ. pr. de in just. rupt. l. si quis filium. de lib. & posth. arg. §. cum filius. Inst. de hered. quæ ab intest. defer.* Juramentum n. matris non debuit no-
36. cere filijs; cum omne † juramentum sit personale, *l. 3. §. pen. de jurejur. c. debitores. c. veniens. extra de jurejur.* Et jurasse videtur sub conditione, *si sibi successio deferatur*, ut annotat Henning Goden, *d. loc.* Sic etiam alienatio rei dotalis juramẽto non ita confirmari potest, ut heredibus præjudicet. *l. non dubium. C. de legib. l. quis inquilinos. §. fin. de legat. 1. arg. l. doli. §. diversum. de novat. c. non est. de R. I. in 6* licet

ab

ab ipsa muliere juramentum servari debeat, *c.2. de jurejur. in 6. & c. 2. extr. de jurejur.* eadem ratione nimirum, quoniam juramentum est personale. *d. c. veritas. de jurejur.* At contractus transeunt ad heredes. *l. pro hereditarijs. C. de hered. act. l.13. C. de contr. & comm. stip.* Coras. *in l qui liberos. n. 100. de ritu nupt. & in l. soluto. n. 28. sol. matrim.*

† Nec obstat, quod nepos non admittatur, nisi jure matris. At mater inquiunt, juri suo renunciavit. † Respondeo suo juri renunciavit; non item heredum juri. Juravit enim ipsa, non heredes juraverunt. Et, ut diximus, juramentum est personale. Et nescio, si repręsentationem omittas, nepotes an proprio jure non possint succedere. Olim quidem hereditas ex lege Papia nisi adita non transmittebatur. *l. un. §.5. C. de caduc. toll.* Sed hoc varijs conditionibus est emendatum; sicut & alia plæraq; legis Papiæ capita. Et fallit in suis. *l. apud. hostes. C. de suis & legit. hered. l. 3. C. de jur. delib. l. in suis. de lib. & post.* Sicut etiam in casu l. un. *C. de his qui ant. apert. tabb. & alijs multis*, sicut videre licet apud Duarenum *in t. de vulg. & pupill. c.10.*

† objectio.

† Responsio.

† Non obstat, quod dos matris ad

† Objectio.

ipsos pervenerit; & quod ita bis idem exigerent. † Nam imo non dotem sed hereditatem nepotes petunt. Pater enim aliàs etiam filiam dotare cogitur. *l. fin. C. de dot. promiss.* Et non accipit filia dotem hereditatis loco. Quid etiam, si dotem non acceperit, sicut supra casum posuimus?

† Responsio.

† Objectio. † Non obstat, quod filia pro se & heredibus suis renunciasse videatur, *arg. l. 9. §. fin. de probat.* † Nam illa lex hoc saltem dicit, in dubio præsumi pactum † reale *l. 13. C. de contr. & com. stip.* Et hic etiam non tam pactum valet, quam jusjurandum. At pacta quidem ad heredes transeunt. *d. l. 13. C. de contr. & com. stip. d. l. pro hereditariis. C. de hæred act. l. 8. §. de vendendo. de pign. act.* non ita juramentum, etiam. *d. l. 3. §. pen. de jurejur d. c. debitores. extr. de jurejur.* Vide Hotom. *d. cons. 22.* Henning. Gœden. *cons. 97.* Fachin. *lib. 3. Controvers. c. 23.*

† Responsio.

37.

Q. An autem pactum de succedendo, juramento possit confirmari jure Canonico, sicut confirmatur pactum de non succedendo? Vide Sichardum *in l. pactum dotale. 3. C. de collat.* Vigel. *in meth. Iurisp. Rom p. 789.* † Resp. Nequaquam. Nam allegata cc. loquuntur saltem de pacto de non

† Responsio.

non ſuccedendo. Plurimum verò diſcrepant pacta, quæ de ſuccedendo fiunt, â pactis, quæ fiunt de non ſuccedendo. Pacta de ſuccedendo ideo non valent, quia liberam teſtamenti factionem adimunt. Pacta de non ſuccedendo, non adimunt teſtamenti factionem; ſed iccirco non valent, quod filiam, quæ ſpe futuræ hereditatis pietatem erga parentem exercet, ab eo pietatis genere quodammodo avocet, &c. Vide Borch. *n 67. & 68.* Non debent igitur cc. ea ad hoc de ſuccedendo pactum extendi; maxime cum novum jus contineant, & ll. correctionem inducant: & pactum de ſuccedendo ſit omnino contra bonos mores, plenum eventus triſtiſſimi; cum mortem viventis funeſto voto faciat expectari. *d. l. fin. C. de pact. l. donari. §. fin. de donat. l. ex eo. C. de inutil. ſtip. l. ſtipulatio hoc modo de V.O.* & tandem pacto non debet quis hereditatem conſequi, ſicut ſupra docuimus.

Non obſtat, quod dicitur de vi & efficacia juramenti. † Nam reſpondendum eſt, temerarium ac illicitum juramentum † non obligare *c. ſicut ex literis. c. quemadmodum. c. Quintavallis. de jurejur.* Fachin. *l. 2. contr. c. 101.* Bereng. Fernan 1. *d. c. un. de fil. nat. ex matr. ad morg c. 2. & c. 3. n. 3.*

† *Objectio.*
† *Reſponſio.*
38.

3.n.3. Geil. *libr.2.Obs.c.39.* & *c.125.* & *c.155.* Hartman. Pistor. *lib.2. quæst.25.* Donell. *ad l.fin. C.h.t.* Wesembecius *cons.71.* Borch. *in d.c.5.* & *66.* & *seqq.* licet frustra dissentiat Covarruvias *in c. quamvis. part.3.c,2.* Pacta n. dispositiva, quæ ab initio non valent, ut quia non accessit consensus ejus, de cujus successione quæritur, ne quidem juramento firmantur. *l.quidam. §. de donat. l.2. de his quib. ut indign. l.25. §.1. sed utrum. de acquir. heredit. l. 2. §. interdum. de vulg. & pup. Dauth. in l. fin. C. de pact. n. 15.*

Objectio. Cæterum his obstare videtur, quod juramentum, quod est contra mandatum divinum, servari debet: Ergo multo magis quod dispositioni juris civilis adversatur. Nam Josuæ *c. 9. vers. 15.* juncto *libr.2.* Samuel. *c.21.vers.2.* juramentum servatur contra prohibitionem DEI præstitum.

Responsio. Respondeo; Licet juramentum de natura sua fuerit cassum & irritum, &
39. Israelitæ † ad id servandum non astricti essent; quoniam decepti juraránt. Quia tamen non directò pugnabat cum verbo DEI, (qui fœdus non interdixerat, si Gibaonitæ petijssent,) iccirco pro rato habetur. Voluit autem ideo quoq; DEUS, ut juramentum observaretur, quo Judæi propter præcipitantiam suam puniren-

tur;

tur; præsertim cum Gibeonitæ reciperent religionem Israëlitarum, & in perpetuam servitutem ad tabernaculum redigerentur. Petr. Martyr. *class. 2.c.6.*

Porro regulam istam, quod pactum de non succedendo juramento confirmatum, valeat, quæ traditur *in c. quamvis. Extr. de pact.* multis modis extendunt, & refert Joan. Dauch. ampliationes duas, & quadraginta. Limitationes verò 56. Pariter ampliationes *ad l. fin. C. de pactis* viginti octo & limitationes novendecim recenset. Planè generaliter constitutum est, quod juramentum † toties obligat, 40.
quoties sine detrimento æternæ salutis observari potest. *c. licet. de jurejur. in 6. c. cum contingat. Extr. eod. c. quamvis. de pact. in 6.* Gail. *libr. 2. Obs. c. 39. n. 14.* Mynsing. *cent. 5. Obs. 59.* Gœdd. *in l. 3. n. 38. de V. S.*

Debet tamen in omni Juramento Comes esse veritas, justicia, & † judicium. 41.
c. etsi Christus. de jurejurando. c. non est obligatorium. c. in malis. de R. I. in 6. c. 1. c. 3. extr. de sent. & re judic. Gœd. *in l. 3. n. 38. de V. S.* Deus enim ad res improbas & injustas non obligat. Hotom. *cons. 22.* Joachim. Beust. *in rubr. de jurejur. n. 6.* Moller. *2. Semestr. 9.* Sed de his non plura; quoniam de pactis circa successionem scripsit

è professo Georgius Natan. civis Astensis & Bereng. Fernand. *ad c. un. de fil. nat. ex matrim. ad morgan.*

Q. † Cæterum confinis est quæstio, num pactum Domini cum tertio quodam
42. vivente † vasallo, initum sub hac conditione, si feudum ad Dominum revertatur, quod ad ipsum pertinere debeat, sit validum? Et putant, moribus feudalibus valere. *c.1.§.moribus. si de feud. def. cont. sit.* Vide omnino Hartm. Pistor. *l.2.Quæst.25.* & Vultejum *de feud.lib.1.c.7.n.47.& seqq. lib.2. F.t.2.26. Si de feud. defuncti content. sit inter dominum & agn. §.moribus 2.& ibi* Andr. de Isern. Alvarott. Jacob de Belviso & Bartol. & *l.1.t.27.de feud. dat. in vic.leg. commiss. §. si quis investierit. & lib.1. F.t.9. Qui success. teneant.* Dauth. *in l. fin. C. de pact.n.58.* Nicol.Reusner. *vol.3.cons.23.n.4.* Rosenthal.*c.8.concl.1.n.5. & 6.& c.4.concl. 9.& seqq.& 6. concl.18. & seq.* Sic etiam pactum inter agnatos, vivo Vasallo, factum, de divisione feudi, valere dicunt. Et rationem reddunt, quod feudum non hereditario jure, sed jure sanguinis sit ipsis obventurum. Vultejus *d.c.7.n.48. pag.194.*

Exempla pactorum contra LL. initorum.

43. Aliud exemplum pacti contra † leges initi, proponitur *in l. epistola. in pr. h. t.* Quid

Quid enim si quis epistolâ, id est, pactione cavit, Sempronium sibi coheredem esse: an propterea per hujusmodi epistolam Sempronius cohæres censebitur? Negat Ulpianus *in d. l.* Pactione namq; ut supra dictum est, nemo hæres constitui potest.

Aliud exemplum, pertinens ad donationem inter virum & uxorem. Si enim maritus cum uxore pactus sit, se donaturum uxori, certâ pœnâ subjectâ, ni donaverit; utpote contra jus commune factum, invalidum est. Harmenop. *lib. 1. t. 9.* Donatio enim inter virum & uxorem prohibita est. *t. t. de donat. int. vir. & uxor.* Pacta verò contra jus facta non valent.

Sic si convenerit, ne ob res donatas agatur, pactum servandum non est: quia hoc pactum jus civile, quoad donationes inter virum & uxorem, impugnatur. *l. illud convenire non potest de pact. dotal.* Sic etiam non valent pacta, ne liceat divertere, tanquam legibus contraria, & libertatem matrimonij impedientia. *l. 2. C. de inutil. stipul. l. si ita stipulatio. de V. O.*

Sic etsi nominatim in obligatione dictum fuerit, ut fidejussores singuli in solidum

lidum tenerentur, habent tamen exceptionem divisionis. Ea namq; conventio jus immutare non potest *l. 3. C. de fidejussor.* Sane si fidejussores epistolæ D. Hadriani nominatim renunciaverint, valebit renunciatio, nec fidejussores exceptione se tuebuntur, atq; beneficium divisionis non poterunt allegare.

Aliud exemplum proponitur, in l. quod bonis. *ad Falcid.* in qua quæritur, an vivo testatore conveniri possit, ne heres † Falcidiâ utatur; aut si utatur, certam pecuniam præstet? Et Resp. hujusmodi conventionem, tanquam legibus contrariam non valere. Etsi vero Jacob.

44.

Op. Cujacij. Cujac. *in Nov. 1.* † existimaverit, hodie etiam vivo testatore Legi Falcidiæ privatâ conventione derogari posse: meritò

Refutatur. tamen † hoc nec ipsi Borcholto placet; propterea, quod novæ constitutiones strictissimè sint accipiendæ, *l. 32. in fin. C. de appell.* Et quod uno casu legis correcto, non protinus censendum sit, etiam alterum correctum esse; etiam tum, si vel æqua vel major ei insit ratio.

Objectio. Nec obstat, quod dicitur, pacto fieri posse, quod testamento fieri potest, *l.*

Responsio. *pactum inter heredem. h. t.* Ex eo namq; male infertur, vivo testatore licere pacisci, ne he-

ne heres Falcidia utatur. Nam *in d. l.* hoc saltem cavetur, quod legatarius satisdationem legatorum heredi, non minus remittere possit, quàm Testator eam remittere potest. Aliàs constat, & in jure nostro receptum est, nec ipsum testatorem posse prohibere, quo minus heres utatur Trebellianica. *arg. l. jubemus. in fin. C. ad SCtum Trebellian. & eorum, quæ dicuntur part. 1. tract. Iustin. disp. 14. th. 18.* Quibus adde Fachin. *lib. 5. contr. c. 24.* Nemo enim facere potest, quo minus leges in suo testamento valeant. l. nemo potest. 55. de legat. 1. Sane post mortem testatoris facta conventio, ne heres Falcidia utatur, valet. *l. 46. h. t. l. 20. §. 1. de don. l. qui quod per Falcid. ff. ad L. Falcid. l. fin. C. eod.*

Aliud exemplum est in l. 1. §. *si inter. de magistrat. conven.* Ubi non præjudicat pupillo, si inter magistratus municipales convenerit, ut alterius tantum periculo tutores darentur.

Sic non valet pactio de quota litis *l. sumptus. h. t. l. litem. C. de procur. l. salarium. mand. l. per diversas. 22. C. Mandati.* Wesembec. *ad tit. D. de hered. vel act. vend. l. fin. C. Mandati & ibi* Salicet. & alij Dd. Licet de honorario advocatorum & procuratorum † rectè pactiones fiant; modò 45.

pro

pro singulis causis non exigat amplius, quam centum aureos advocatus *l. 1. de extraord. cognit.* Et pactum fiat, ratione victoriæ seu palmarij *l. 1. §. litis 4. de var. & extraord. cognit. l. quisquis. §. nemo. C. de postul.* Plin. *lib. 5. ep. fin.* & utrobiq; Dd. Speculat. *in tit. de advocat. n. 4. gl. lib. 1.* Landtrecht/*art. 60.* Hadrian. Gilman. *in Symphor. tom. 1. p. 4. tit. 12. vol. 1. p. 271.* Ayrer. *in process. p. 19. & seq.* Sed de hac ἐργολαβία, & pactione piratica, dicemus aliquid *ad ipsam l. sumptus. 53. de Pactis.* Atq; hæc exempla pleraq; proponit Borcholdt. *in d. c. 3. à n. 73. usq; ad fin. cap.* Quibus tamen alia quoq; possunt addi.

Sic enim irrita quoq; sunt pacta, quibus quis jus agnationis repudiat. *l. 34. D. de Pact. l. 8. de R. I.* Item, quæ ad delinquendum invitant; veluti si conveniat, ut futuri delicti nomine mihi tecum non sit actio *l. 27. §. illud nulla pactione. de pactis.* Veluti ne furti aut injuriarum, quæ nondum admissæ sunt, agatur; ne interdicto Unde vi agatur, si vis publica facta sit; ne operis novi in publico facti nunciationem exequar. *l. 7. §. si paciscar. h. t. &c.* ubi diximus.

Sic non valet pactum, ut ne res communes dividantur. *l. 14. §. si conveniat. 20. D. com.*

D. *com. divid. l. fin.* C. *eod.* licet valeat, si ad certum tempus factum sit *arg. l. si non sortem. §. si certum. de condict. indeb. l. si convenerit. de jurisdict.* Henning. Gœden. *consil.* 20. Item, ne is, ad quem aliquid pervenit dotis nomine, in defunctæ mulieris funus impensas eroget, ita ut, si contra fecerit, nequeat experiri actione funeraria. *l. 20. de religios. & sumpt. funer.* Item, ne quis de re sua pro libitu disponat. *l. pen. h. t.* ne lis contestetur. Myns. *cent. 3. Obs. 34.* ne fiat maleficium. *l. 7. §. 3. h. t.* ne dolus in contractu præstetur, & si quæ sunt alia, quæ occasionem peccandi præbent.

Item ut emptor censum non solvat, sed ipse venditor. Item ne creditor, cui fundus pignori datus est, tributa pendat, cum id possessorum munus sit, *l. 24. de pact.* Ut testandi libertas imminuatur. *l. 15. C. de pact.* ut servus manumitti testamento jussus heredi operas det. *l. 42. de oper. libert.* Ut heres socius sit, *l. nemo potest. ff. pro soc.* ut precarium in certum tempus teneatur. *l. 12. de precar.* Et si quæ sunt alia exempla, quæ magno numero cumulat & coacervat Hotom. *in d. disp. de pact. n. 31. & n. 32.*

Videamus modo de quæstionibus ali-

quot,

quot, quæ dubietatem habere videntur; & inquiramus primò de pactis alimentorum. Cum enim vetet oratio, transigere sine Prætoris auctoritate de alimentis futuris testamento relictis; Hinc

Q.

46. quæsierunt Interpp. an † de alimentis illis futuris relictis in testamento, paciscí liceat? Quæ nobilis est quæstio. † Licere

† 1. Opin. Aff. pacisci gratuitò de alimentis sibi relictis, tradiderunt olim Jacob. de Ravenna. Alber. de Rosate & Fulgosius, quem impudentiæ ideo arguit Jason, *omnes in l. 6. & l. 8. h. t.* Secuti sunt deinde, patrum nostrorum seculo, Fr. Connan. *lib. 5. Comm. c. 7.* Donell. *ad l. 8. C. de transact. n. 3.* & sparsim *ibidem.* Quos hodiè quoq; sequitur, & tuetur Scipio Gentil. *in lib. de alim. cap. 4.*

† 1. Ratio. Rationes breviter hæ sunt. † 1. Quod oratio de transactione loquatur, & nusquam pacti mentionem faciat; ut proinde ad omissos casus non sit extendenda. *arg. l. pen. C. de appell.* præsertim cum sit prohibitoria & odiosa: & cum pactum & transactio differant, quod pactum gratuitum sit, transactio non item. *l. 1. de transact. l. 38. C. eod.* Unde etiam diversi tituli sunt *in ff. & C. de pact. & transact.* † 2.

† 2. Ratio. Quod in pactis cesset Orationis seu SCti

caussa

caussa seu ratio. Cessabit igitur etiam dispositio. Nam movit D. Marcum & Senatum, quod hi, quibus alimenta relicta erant, facile transigerent, modico præsente contenti. Nimirum quod homines ovis præsentibus, excludant se facilè à pullis futuris; & commodo aliquo præsente illecti, spem majorem soleant vilius vendere, & pecunia devoratâ tandem esurire. Sed hæc ratio non est in pacto donationis caussa facto, in quo nihil accipitur, & nulla est illecebra ad remittendum. Natura vero hominum est, ut non † facile donent, & res suas jactent. *l 25. de probat. ibi: qui non solvit, nunquam ita resupinus est, ut facile pecunias suas jactet.* Hanc rationem declarant exemplo SCti Vellejani, quo Senatus obligatæ mulieri succurrere voluit, non donanti: Et hoc, ut ait Ulpianus, ideò, quia facilius se mulier obligat, quàm donat. *l. 4. in fin. ad SCtum Vellejan.* 47.

† 3. Quod omnia licere † putantur, quæ non prohibentur. *arg. l. mutus. §. 1. de procur. l 1. de testib.* Idq; præcipuè in hoc casu, quod Prætor nominatim se pacta servaturum dicat. *l. 7. §. 7. de pact.* † 4. Quod Senatui sit æquum visum testatoris voluntatem ei conservare, qui testa- † 3. Ratio. 48. † 4. Ratio.

E. & consequens. Quia cui non licet, quod minus est, multo minus † licebit, quod majus est. Pignus autem remittere minus est: quod vel inde constat, quoniam liberato pignore, principale debitum alimentorum nihilominus maneret salvum & integrum *arg. l. 3. de pact.* Eocur igitur etiam pignus liberare non possis? Possis paciscendo donare.† Ultima ratio *in l. 12. C. de transact.* Ubi cum facilius transactio quam pactio permittatur: Transactio vero de alimentis legatis, non nisi Prætore auctore admittatur; efficitur inde, pactionem de legatis alimentis sine Prætore initam, multò minus subsistere.

50.

† ult. Ratio.

† Author nihil decidit, sed respondet ad argumenta utriusq; opinionis.

† Ad 1. arg. resp. docti viri.

† Atq; hæc pro utraq; solent adferri. Ego nolo judicium hic meum interponere. Sed quoniam hæc ita comparata est quæstio, quæ in utramq; partem defendi, sine negotio possit, subjiciam saltem, quid utriusq; fundamentis & soleat & possit probabiliter responderi. † Ad primum prioris opinionis argumentum, nimirum quod dicta l. loquatur de transactione proinde non debeat ad pactum extendi; cum constitutionem odiosam & prohibitoriam contineat: respondet eruditus Vir transactionem *in d. l.* sumi

l. sumi generaliter, quatenus pactum etiam alias conventiones sub se contineat.

† Sed nos transactionem ita generaliter accipi non concedimus. † *Refutat.*

†. Etsi namq; Dd. communiter, quos & Duarenus sequitur *ad t. de transact. c. 1.* & Alciatus *in l. transacta. & seq. de V. S.* & Coras. *l. 1. Misc. c. 23.* & alij, statuant, transactionis vocabulum generaliter † accipi, ut omnem litis terminationem sub se contineat; idq; *per d. l. transacta. 229. & seq. de V. S. l. 1. §. fin. ad SCtum Tertyll. l. 1. §. 3. de pact. l. arbitrio. §. 4. de dol. mal. l. 1. §. 1. quemad. test. aper. l. 2. de jurejur. l. 29. C. de transact.* ubi nominatim nominatur transactio generalis: † Alij tamen ab his recte dissentiunt, & dicunt, imo transactionem tam generaliter non accipi. Cujac. *ad l. 1. de transact.* Forcat. *dial. 46.* Gœdd. *ad l. 230. de V. S.* & textum aliquem, ubi tam generaliter accipiatur transactio, non posse dari. Nec etiam textus allati probant. † Nam quod attinet *l. 229. & seqq. de V. S. l. 1. §. fin. ad SCtum Tertyll.* † transactum ibi ad solam cōventionem † refertur, juxta Cujacium. Vel verba transacta finitavè, pro conjunctis sunt accipienda, juxta Forcatul. aut omnino dicendum cum Gœddeo, rem transigi † *Objectio.* 51. † *Responsio.* † *Objectio.* *Responsio.*

è professo Georgius Natan. civis Astensis & Bereng. Fernand. *ad c. un. de fil. nat. ex matrim. ad morgan.*

Q. 42. † Cæterum confinis est quæstio, num pactum Domini cum tertio quodam vivente † vasallo, initum sub hac conditione, si feudum ad Dominum revertatur, quod ad ipsum pertinere debeat, sit validum? Et putant, moribus feudalibus valere. *c.1.§.moribus. si de feud. def. cont. sit.* Vide omnino Hartm. Pistor. *l.2.Quæst.25.* & Vultejum *de feud.lib.1. c. 7.n.47.& seqq. lib.2. F.t.2. 26. Si de feud. defuncti content. sit inter dominum & agn. §.moribus 2.& ibi* Andr. de Isern. Alvarott. Jacob de Belviso & Bartol. & *l. 1. t. 27. de feud. dat. in vic.leg. commiss. §. si quis investierit. & lib. 1. F. t. 9. Qui success. teneant.* Dauth. *in l. fin.* C. *de pact.n.58.* Nicol.Reusner. *vol.3.cons.23.n.4.* Rosenthal.*c.8.concl.1.n.5. & 6.& c.4 concl. 9.& seqq.& 6. concl. 18. & seq.* Sic etiam pactum inter agnatos, vivo Vasallo, factum, de divisione feudi, valere dicunt. Et rationem reddunt, quod feudum non hereditario jure, sed jure sanguinis sit ipsis obventurum. Vultejus *d. c. 7. n. 48. pag.194.*

Exempla pactorum contra LL. initorum.

43. Aliud exemplum pacti contra † leges initi, proponitur *in l. epistola. in pr. h. t.*

Quid

Quid enim si quis epistolâ, id est, pactione cavit, Sempronium sibi coheredem esse: an propterea per hujusmodi epistolam Sempronius cohæres censebitur? Negat Ulpianus *in d. l.* Pactione namq; ut supra dictum est, nemo hæres constitui potest.

Aliud exemplum, pertinens ad donationem inter virum & uxorem. Si enim maritus cum uxore pactus sit, se donaturum uxori, certâ pœnâ subjectâ, ni donaverit; utpote contra jus commune factum, invalidum est. Harmenop. *lib. 1. t. 9.* Donatio enim inter virum & uxorem prohibita est. *t. t. de donat. int. vir. & uxor.* Pacta verò contra jus facta non valent.

Sic si convenerit, ne ob res donatas agatur, pactum servandum non est: quia hoc pactum jus civile, quoad donationes inter virum & uxorem, impugnatur. *l. illud convenire non potest. de pact. dotal.* Sic etiam non valent pacta, ne liceat divertere, tanquam legibus contraria. & libertatem matrimonij impedientia. *l. 2. C. de inutil. stipul. l. si ita stipulatio. de V. O.*

Sic etsi nominatim in obligatione dictum fuerit, ut fidejussores singuli in solidum

lidum tenerentur, habent tamen exceptionem divisionis. Ea namq; conventio jus immutare non potest *l. 3. C. de fidejussor.* Sane si fidejussores epistolæ D. Hadriani nominatim renunciaverint, valebit renunciatio, nec fidejussores exceptione se tuebuntur, atq; beneficium divisionis non poterunt allegare.

Aliud exemplum proponitur, in l. quod bonis. *ad Falcid.* in qua quæritur, an vivo testatore conveniri possit, ne he-
44. res † Falcidiâ utatur; aut si utatur, certam pecuniam præstet? Et Resp. hujusmodi conventionem, tanquam legibus contrariam non valere. Etsi vero Jacob.
Op. Cujacij. Cujac. *in Nov. 1.* † existimaverit, hodie etiam vivo testatore Legi Falcidiæ privatâ conventione derogari posse: meritò
Refutatur. tamen † hoc nec ipsi Borcholto placet; propterea, quod novæ constitutiones strictissimè sint accipiendæ, *l. 32. in fin. C. de appell.* Et quod uno casu legis correcto, non protinus censendum sit, etiam alterum correctum esse; etiam tum, si vel æqua vel major ei insit ratio.

Objectio. Nec obstat, quod dicitur, pacto fieri posse, quod testamento fieri potest, *l. pactum inter heredem. h.t.* Ex eo namq; ma-
Responsio. le infertur, vivo testatore licere pacisci, ne he-

ne heres Falcidia utatur. Nam *in d. l.* hoc saltem cavetur, quod legatarius satisdationem legatorum heredi, non minus remittere posit, quàm Testator eam remittere potest. Aliàs constat, & in jure nostro receptum est, nec ipsum testatorem posse prohibere, quo minus heres utatur Trebellianica. *arg. l. jubemus. in fin. C. ad SCtum Trebellian. & eorum, quæ dicuntur part. 1. tract. Iustin. disp. 14. th. 18.* Quibus adde Fachin. *lib. 5. contr. c. 24.* Nemo enim facere potest, quo minus leges in suo testamento valeant. l. nemo potest. 55. de legat. 1. Sane post mortem testatoris facta conventio, ne heres Falcidia utatur, valet. *l. 46. h. t. l. 20. §. 1. de don. l. qui quod per Falcid. ff. ad L. Falcid. l. fin. C. eod.*

Aliud exemplum est in l. 1. §. *si inter. de magistrat. conven.* Ubi non præjudicat pupillo, si inter magistratus municipales convenerit, ut alterius tantum periculo tutores darentur.

Sic non valet pactio de quota litis *l. sumptus. h. t. l. litem. C. de procur. l. salarium. mand. l. per diversas. 22. C. Mandati.* Wesembec. *ad tit. D. de hered. vel act. vend. l. fin. C. Mandati & ibi* Salicet. & alij Dd. Licet de honorario advocatorum & procuratorum † rectè pactiones fiant; modò 45

pro

pro singulis causis non exigat amplius, quam centum aureos advocatus *l. 1. de extraord. cognit.* Et pactum fiat, ratione victoriæ seu palmarij *l. 1. §. litis 4. de var. & extraord. cognit. l. quisquis. §. nemo. C. de postul.* Plin. *lib. 5. ep. fin.* & utrobiq; Dd. Speculat. *in tit. de advocat. n. 4. gl. lib. 1.* Landtrecht/ *art. 60.* Hadrian. Gilman. *in Symphor. tom. 1. p. 4. tit. 12. vol. 1. p. 271.* Ayrer. *in process. p. 19. & seq.* Sed de hac ἐργολαβίᾳ, & pactione piratica, dicemus aliquid *ad ipsam l. sumptus. 53. de Pactis.* Atq; hæc exempla pleraq; proponit Borcholdt. *in d. c. 3. à n. 73. usq; ad fin. cap.* Quibus tamen alia quoq; possunt addi.

Sic enim irrita quoq; sunt pacta, quibus quis jus agnationis repudiat. *l. 34. D. de Pact. l. 8. de* R. I. Item, quæ ad delinquendum invitant; veluti si conveniat, ut futuri delicti nomine mihi tecum non sit actio *l. 27. §. illud nulla pactione. de pactis.* Veluti ne furti aut injuriarum, quæ nondum admissæ sunt, agatur; ne interdicto Unde vi agatur, si vis publica facta sit; ne operis novi in publico facti nunciationem exequar. *l. 7. §. si paciscar. h. t. &c.* ubi diximus.

Sic non valet pactum, ut ne res communes dividantur. *l. 14. §. si conveniat. 20.*

D. com.

D. *com. divid. l. fin.* C. *eod.* licet valeat, si ad certum tempus factum sit *arg. l. si non sortem.* §. *si certum. de condict. indeb. l. si convenerit. de jurisdict.* Henning. Gœden. *consil.* 20. Item, ne is, ad quem aliquid pervenit dotis nomine, in defunctæ mulieris funus impensas eroget, ita ut, si contra fecerit, nequeat experiri actione funeraria. *l. 20. de religios. & sumpt. funer.* Item, ne quis de re sua pro libitu disponat. *l. pen. h. t.* ne lis contestetur. Mynſ. *cent.* 3. *Obs.* 34. ne fiat maleficium. *l.* 7. §. 3. *h. t.* ne dolus in contractu præstetur, & si quæ sunt alia, quæ occasionem peccandi præbent.

Item ut emptor censum non solvat, sed ipse venditor. Item ne creditor, cui fundus pignori datus est, tributa pendat, cum id possessorum munus sit, *l. 24. de pact.* Ut testandi libertas imminuatur. *l. 15. C. de pact.* ut servus manumitti testamento jussus heredi operas det. *l. 42. de oper. libert.* Ut heres socius sit, *l. nemo potest. ff. pro soc.* ut precarium in certum tempus teneatur. *l. 12. de precar.* Et si quæ sunt alia exempla, quæ magno numero cumulat & coacervat Hotom. *in d. disp. de pact. n. 31. & n. 32.*

Videamus modo de quæstionibus aliquot.

quot, quæ dubietatem habere videntur; & inquiramus primò de pactis alimentorum. Cum enim vetet oratio, transigere sine Prætoris auctoritate de alimentis futuris testamento relictis; Hinc

Q.

46. quæsierunt Interpp. an † de alimentis illis futuris relictis in testamento, pacisci liceat? Quæ nobilis est quæstio. † Licere pacisci gratuitò de alimentis sibi relictis, tradiderunt olim Jacob. de Ravenna. Alber. de Rosate & Fulgosius, quem impudentiæ ideo arguit Jason, *omnes in l. 6. & l. 8. h. t.* Secuti sunt deinde, patrum nostrorum seculo, Fr. Connan. *lib. 5. Comm. c. 7.* Donell. *ad l. 8. C. de transact. n. 3.* & sparsim *ibidem.* Quos hodiè quoq; sequitur, & tuetur Scipio Gentil. *in lib. de alim. cap. 4.*

† 1. Opin. Aff.

† 1. Ratio. Rationes breviter hæ sunt. † 1. Quod oratio de transactione loquatur, & nusquam pacti mentionem faciat; ut proinde ad omissos casus non sit extendenda. *arg. l. pen. C. de appell.* præsertim cum sit prohibitoria & odiosa: & cum pactum & transactio differant, quod pactum gratuitum sit, transactio non item. *l. 1. de transact. l. 38. C. eod.* Unde etiam diversi tituli sunt *in ff. & C. de pact. & transact.* † 2. Quod in pactis cesset Orationis seu SCti caussa

† 2. Ratio.

caussa seu ratio. Cessabit igitur etiam dispositio. Nam movit D. Marcum & Senatum, quod hi, quibus alimenta relicta erant, facile transigerent, modico præsente contenti. Nimirum quod homines ovis præsentibus, excludant se facilè à pullis futuris; & commodo aliquo præsente illecti, spem majorem soleant vilius vendere, & pecunia devoratâ tandem esurire. Sed hæc ratio non est in pacto donationis caussa facto, in quo nihil accipitur, & nulla est illecebra ad remittendum. Natura vero hominum est, ut non † facile donent, & res suas jactent. *l* 25. *de probat. ibi: qui non solvit, nunquam ita resupinus est, ut facile pecunias suas jactet.* Hanc rationem declarant exemplo SCti Vellejani, quo Senatus obligatæ mulieri succurrere voluit, non donanti: Et hoc, ut ait Ulpianus, ideò, quia facilius se mulier obligat, quàm donat. *l. 4. in fin. ad SCtum Vellejan.* 47.

† 3. Quod omnia licere † putantur, quæ non prohibentur. *arg. l. mutus. §. 1. de procur. l 1. de testib.* Idq; præcipuè in hoc casu, quod Prætor nominatim se pacta servaturum dicat. *l. 7. §. 7. de pact.* † 4. Quod Senatui sit æquum visum testatoris voluntatem ei conservare, qui testa- † 3. **Ratio.** 48. † 4. **Ratio.**

toris liberalitate vellet uti, aliquid pro alimentis in presentia accipiendo: non ei, qui liberalitatem testatoris cõtemneret, alimenta reijciendo.

† 5. Ratio. †5. Quod cuiq; liberũ sit, omnia, quæ habet, donare, dissipare, perdere, & tandem egere.

† 6. Ratio. † 6. Quoniã, si neq; jus neq; fas esset de alimentis sine Pretore pacisci, tum non liceret legatum sine Prætore repudiare. Atq; hæc producunt pro affirmativa, nimirum licere pacisci de alimentis, citra Prætoris autoritatem scil.

† 2. Opinio Negat. † Contra; Quod sicut transigere nõ licet de alimentis, sic neq; liceat pacisci, communis est Dd. sententia, teste Jasone & ab omnibus recepta, teste Fulgosio, quo modo post gl. & alios docuit & Cujac. *de pact.* & Eguin. Baro. Atq; docet Dn. Coler. *in tr. de alim. l. 2. c. 8. n. 48. & multis seqq.* Rationes hæ sunt.

† 1. Ratio. † 1. Ex causa finali SCti sumta. Noluit n. SC. alimenta per transactionem intercipi. *l. 1. §. 6. D. de trãsact.* Pacto vero multo magis intercipiuntur alimenta, quam transactione; cum alimentarius ex transactione saltem accipiat aliquid, ex pactis donationis omnino nihil.

† 2. Ratio. † 2. Quod multo magis fiat contra voluntatem testatoris, de alimentis paciscendo, quam transigendo ex precedẽti obligatione.

† 3. Ratio. † 3. Quod circumveniatur

niatur oratio D. Marci *contr.* §. *si cum.* 2 0. *d. l.* 1. *ibi. ne circumveniatur oratio*. Quam facilè namq; transactio celari poterit, pactio prætendi ? † 4. Quod cui non licet, quod minus est, nec licere debet, quod plus est. Sed nō licet transigere aliquo dato, quod minus est: Non igitur licebit etiã pacisci, nullo prorsus accepto, quod magis est. † 5. Per sententiam Pauli, quam recensuit *in l.* 1. *sent. t.* 5. quæ Cujacio allegante hoc vult, ut cui non † liceat transigere, ei etiam nō liceat pacisci. † *6. Per* §. *si Prætor*: 17. *verb. nec donanda, & v. seq. Sed etsi non. &c. d. l.* Unde sic infert Colerus: Si donatio alimentorum corã Prætore facta non valet, multo minus valebit ea, quę fit pacto sine Prętore. Sed verũ est antecedens: Verum igitur erit etiam consequens. † 7. Quod etiam distractio fundi in alimenta relicti non sit rata sine Prætoris autoritate. §. 15. *d. l.* 1.

† 4 *Ratio.*

† 5. *Ratio.*

49.

† 6. *Ratio.*

† 7. *Ratio.*

† *8. Per d.* §. 15 *d. l. his verbis*: *Nam nec pignus ad hoc datum inconsulto Prætore poterit liberari*. Unde sic argumentatur Colerus; Si ea fuit mens D. Marci, ut nec pignus in caussam alimentariam nexũ, sine caussæ cognitione liberari posset; multo minus voluit concedere, ut ipsum debitũ principale alimentorũ pacto aliquo gratuito remitteretur, Sed antecedens est verum.

† 8. *Ratio.*

E. & consequens. Quia cui non licet, quod minus est, multo minus † licebit, quod majus est. Pignus autem remittere minus est: quod vel inde constat, quoniam liberato pignore, principale debitum alimentorum nihilominus maneret salvum & integrum *arg. l. 3. de pact.* Eo cur igitur etiam pignus liberare non possis? Possis paciscendo donare.† Ultima ratio *in l. 12. C. de transact.* Ubi cum facilius transactio quam pactio permittatur: Transactio vero de alimentis legatis, non nisi Prætore auctore admittatur; efficitur inde, pactionem de legatis alimentis sine Prætore initam, multò minus subsistere.

50.

† ult. Ratio.

† *Author nihil decidit. sed respondet ad argumenta utriusq; opinionis.*

† Atq; hæc pro utraq; solent adferri. Ego nolo judicium hic meum interponere. Sed quoniam hæc ita comparata est quæstio, quæ in utramq; partem defendi, sine negotio possit, subijciam saltem, quid utriusq; fundamentis & soleat & possit probabiliter responderi. † Ad primum prioris opinionis argumentum, nimirum quod dicta l. loquatur de transactione proinde non debeat ad pactum extendi; cum constitutionem odiosam & prohibitoriam contineat: respondet eruditus Vir transactionem *in d.*

† *Ad 1. arg. resp. docti viri.*

l. sumi

l. sumi generaliter, quatenus pactum etiam alias conventiones sub se contineat.
† Sed nos transactionem ita generaliter accipi non concedimus. † *Refutat.*

†. Etsi namq; Dd. communiter, quos & Duarenus sequitur *ad t. de transact. c. 1.* & Alciatus *in l. transacta. & seq. de V. S.* & Coras. *l. 1. Misc. c. 23.* & alij, statuant, transactionis vocabulum generaliter † accipi, ut omnem litis terminationem sub se contineat; idq; *per d. l. transacta. 229. & seq. de V. S. l. 1. §. fin. ad SCtum Tertyll. l. 1. §. 3. de pact. l. arbitrio. §. 4. de dol. mal. l. 1. §. 1. quemad. test. aper. l. 2. de jurejur. l. 29. C. de transact.* ubi nominatim nominatur transactio generalis: † Alij tamen ab his recte dissentiunt, & dicunt, imo transactionem tam generaliter non accipi. Cujac. *ad l. 1. de transact.* Forcat. *dial. 46.* Gœdd. *ad l. 230. de V. S.* & textum aliquem, ubi tam generaliter accipiatur transactio, non posse dari. Nec etiam textus allati probant. † Nam quod attinet *l. 229. & seqq. de V. S. l. 1. §. fin. ad SCtum Tertyll.* † transactum ibi ad solam cōventionem † refertur, juxta Cujacium. Vel verba transacta finitavè, pro conjunctis sunt accipienda, juxta Forcatul. aut omnino dicendum cum Gœddeo, rem transigi † *Objectio.* 51. † *Responsio.* † *Objectio.* *Responsio.*

transactionis placito, finiri sententia & re judicata. Nec enim transactione & sententia litem simul finire solemus. Et quāvis transactione quoq; lis finiatur; finitur tamen etiam sententia. Et sæpe poni-
52. tur † species, additur deinceps genus. Atq; hanc responsionem juvat *d.l.1.§.fin. ad S Ctm Tertyllian.*

† *Objectio.* † Non obstat etiam l. 1. §.3. *de pact.*
† *Responsio.* † Nam ut ait Hotomannus verbum transigendi non incommodè potuisset omitti. Et tansigere negocium, ibi sumitur, nō pro finire sive dirimere, sed pro gerere negocium. Hotom. *d. disp. n.2.*
† *Objectio.* † Non obstat l. arbitrio. §. 4. *de dol. mal.*
† *Responsio.* † Nā ibi non transactio, sed dolus, forsan & temporis cursus fecerat, quod lis perierat.
† *Objectio.* † Non obstat l. 29. *C. de transact.*
† *Responsio.* † Nam ibi generalis transactio dicitur ratione subjecti; quatenus omnium rerum nomine debitori fit acceptilatio.
† *Objectio.* † Non obstat l. 1. §.1. *quemadm. test. ap.*
† *Responsio.* † Nam ibi transactio non accipitur generaliter; & per translationē, hoc verbum relatum est ad judicata, non ad conventa.
† *Objectio.* † Tandem non obstat l. 2. *de jurejur.*
† *Responsio.* † Nam ibi jusjurandū non est species transactionis, sed continet speciem & similitudinem transactionis, nimirum ratione effectus. Sicut n, transactio decr-

dit

dit controversiam: sic etiam jusjurandũ. Utrumq; etiã est de lite, & re dubia nondum finita, quemadm. *ad Rubr. de transact.* annotavimus. Et non dicamus igitur, transactionem ibi generaliter accipi. †Dicamus potius, hanc constitutionem de transactione loquentem, ad pactum extendendam esse, si non vi verbi, ex mente tamen & ratione legis. †*Resp. auth.*

†Nec illa regula, quod odiosa & prohibitoria debeant restringi, tam est firma, quin interdum patiatur exceptiones. Inter quas illa quoq;, si odiũ sit rationabile, (exemplum in SCto Macedoniano) vel eadem ratio militet in alio, quæ in ipsius legis prohibito casu. Ratio n. † sicut restringit, ita & ampliat dictum. Et facit generalis ratio, quod † dictũ seu dispositio extendatur ad casum, ad quem alias non adaptarentur verba, etiam in materia stricta; idq; potissimum tum, cum ratio est in lege expressa: quod tum non dicatur extensio, sed comprehensio: quâ de re satis multa diximus, & quatenus procedat in correctorijs, exorbitantibus, odiosis & pœnalibus, atq; alijs communibus, tradidimus, *in libello de interpretat. legum, in ea parte quæ continet extensivam ll. interp.* Atqui ratio in pacto non saltem eadẽ est, quæ in

† *Objectio & Responsio*

53.

54.

alimentorum transactione: sed etiam multo major; cum, uti dictum est, pacto multo magis intercipiantur alimenta, quam transactione.

† Objectio. † Nec obstat secundum fundamentum, quod imo ratio seu caussa SCti cesset in pacto. Est enim hæc ratio SCti, quod modico præsente contenti, facile soleant transigere, quibus alimenta relicta sunt.

† Responsio. † Verum hoc negandum est, hanc legis rationem seu caussam finalem esse; quin potius est caussa impulsiva, quæ movit D. Marcum & Senatum, ad hanc l. sanciendam, ut ex ipsamet d. legis narratione constat. Quamvis autem cessent impulsivæ caussæ, tamen nihil operantur aut mutant, ut ait Wesembecius *in parat. de pollic. n. 5.* Nam caussa † impulsiva non est substantialis, qua de re latius diximus *in libello de solvendis objectionibus juridicis in loco à caussa, reg. 2. except. 1.*

55. Exemplum esse potest præter ibidem adducta in l. 1. §. *6. de postul.* ubi improbitas Afraniæ (sic nominare malo, quam vel Carfaniam, vel Calphurniam. Vide *dec. un. pand. disp. 8. th. 4. lit. B.*) occasionem dedit edicto, ne liceat mulieribus postulare. Nec tamen cessat hoc edictum in mulieribus verecundis. Aliud

exem-

exemplum in §. 1. *Instit. de fideicom. hered.*

† Nec juvantur exemplo SCti Velleja- ni. † Nam Senatus eò saltem non respe- xit, ut ne fœminæ lædantur. Nec etiam de omni læsione venit ipsi in mentem: sed solummodo, ut intercessiones & ob- ligationes pro alijs factæ viribus carerēt. Mulier igitur numerans, auxilio SCti de- stituitur, non quia plus vel minus lædi- tur: sed quia Senatus tantum prospexit, ne fœminæ aliorum obligationes in se derivarent, ut ait Colerus rectè. Est igi- tur fallacia â non caussa, ut caussa. † *Inst.* † *Resp.*

† Nec obstat 3. quod omnia licere putentur, quæ non prohibentur. Pactum verò de alimentis nusquam prohibitum legatur. † Nam illud verum est, si neq; verbis, neq; ex legis mente quis prohi- beatur. Supra vero demonstratum est, pactum alimentorum, si non verbis, mē- te tamen legis nostræ prohibitum esse. † Non obstat 4. quod æquum sit visum Se- natui, testatoris voluntatem transigenti conservare, quod is saltem voluerit ex parte voluntati testatoris satisfacere: pa- ciscens verò omnino contemnat. † Nam dicendum est, neutrum neq; transigen- tem de alimentis, neq; paciscentem, vo- † *Objectio.* † *Responsio.* † *Objectio.* † *Responsio.*

 lunta-

luntatem testatoris consequi. Quin imo subvertimus, si non licebit transigere de alimentis, multo minus licebit pacisci; quoniam in transactione magis cõservatur voluntas testatoris, quam in pacto. †

† Objectio. 36. Non obstat, quod cuiq; sit liberum † dissipare, *l. sed et si. §. consuluit. de pet. hered. cum similib. l. in re mandata. 22. C. Mandat. l. non usq; adeo. 2. Si quis â patre manum. l. non æquũ. 7. de act. rer. amotar. l. 9. C. de Iud. & Cæl. Rol. à Valle cons. 62. n. 25. vol. 5.*

† Responsio. † Nam hoc verum est, quatenus lex & salus populi non resistit. Nec enim licet pupillis, minoribus, alijsq; similibus alienare, multominus perdere; nimirum quod expediat Reip. ne quis re sua male utatur. §. *fin. Inst. de his qui sunt sui vel al. jur.* Adde *l. 41. §. 1. de leg. 1.* & Donell. *l. 9. Comm. c. 10. & al. sæpe.* Nim. hæ similesq; sententiæ locum habent inter privatos, ut ait recte Scipio; nim. ne quis alteri rationem sumptuum suorum reddere teneatur: nõ etiam, ne Princeps, vel magistratus in eas res non animadvertat. Vide Petr. Frider. Mindan. *l. 2. c. 41. n. 6. pag. 286.* Ayrer. *in l. ut vim. p. 135. n. 74. & seqq. & in process. hist. p. 1. c. 13. obs. 2. pag. 354.* Vult. *ad pr. Inst. Quib. al. licet vel non.*

† Objectio. † Non obstat ult. ratio ab absurdo ducta; quod hoc modo non liceat legatum sine Prætore

tore repudiare. † Nam quis hoc negat, cũ † *Responsio.*
& legata pupillo delata sine Prætoris auctoritate repudiare nequeant. *l. 8. de bon. possess. l. 5. §. fundum autem. de reb. eor. qui sub tutel.* Atq; fundamentis pro priore opinione productis, ita responderi potest.

Videamus, quid responderi possit ijs, *Negativa* quibus negativam alij probare volunt. † *sententia* Prima & secunda ratio videntur hoc di- *reijcitur.* cere, quasi pacto multo magis intercipi- †*Obj. 1. & 2* antur alimenta, & magis fiat contra voluntatem testatoris. † Respondere pote- † *Responsio.* ro, nihilominus unicuiq; licere oportere, beneficium alienum repudiare, etiam invito eo, qui dedit. Quod autem transigere de alimentis non licet, hæc est ratio: quoniam † incivile visum est, si quis be- 57. neficio alieno uti velit contra voluntatẽ ejus, qui dedit, & partem ejus accipere, partem repudiare. † Non obstat 3. ratio, † *Objectio.* quasi circumveniatur oratio D. Marci, quod celari possit transactio & pactio prætendi. † Respondet Gentilis. Hoc si † *Responsio.* sciatur transactionem irritã fore, & contra legem pactum, & indignandum esse, circumventam ab eo voluntatem defuncti. Hujus tamen rei nullam aliam pœnam posse esse, quam ut transactio

esse

luntatem testatoris consequi. Quin imo subvertimus, si non licebit transigere de alimentis, multo minus licebit pacisci; quoniam in transactione magis cõservatur voluntas testatoris, quam in pacto. †
† Objectio. 56. Non obstat, quod cuiq; sit liberum † dissipare, *l. sed et si. §. consuluit. de pet. hered. cum similib. l. in re mandata. 22. C. Mandat. l. non usq; adeo. 2. Si quis à patre manum. l. non æquũ. 7. de act. rer. amotar. l. 9. C. de Iud. & Cæl.* Rol.
† Responsio. *à Valle cons. 62. n. 25. vol. 5.* † Nam hoc verum est, quatenus lex & salus populi non resistit. Neç enim licet pupillis, minoribus, alijsq; similibus alienare, multominus perdere; nimirum quod expediat Reip. ne quis re sua male utatur. *§. fin. Inst. de his qui sunt sui vel al. jur.* Adde *l. 41. §. 1. de leg.* 1. & Donell. *l. 9. Comm. c. 10. & al. sæpe.* Nim. hæ similesq; sententiæ locum habent inter privatos, ut ait recte Scipio; nim. ne quis alteri rationem sumptuum suorum reddere teneatur: nõ etiam, ne Princeps, vel magistratus in eas res non animadvertat. Vide Petr. Frider. Mindan. *l. 2. c. 41. n. 6. pag. 286.* Ayrer. *in l. ut vim. p. 135. n. 74. & seqq. & in process. hist. p. 1. c. 13. obs. 2. pag. 354.*
† Objectio. Vult. *ad pr. Inst. Quib. al. licet vel non.* † Non obstat ult. ratio ab absurdo ducta; quod hoc modo non liceat legatum sine Prætore

tore

tore repudiare. † Nam quis hoc negat, cũ & legata pupillo delata sine Prætoris auctoritate repudiare nequeant. *l. 8. de bon. possess. l. 5. §. fundum autem. de reb. eor. qui sub tutel.* Atq; fundamentis pro priore opinione productis, ita responderi potest. † *Responsio.*

Videamus, quid responderi possit ijs, quibus negativam alij probare volunt. † Prima & secunda ratio videntur hoc dicere, quasi pacto multo magis intercipiantur alimenta, & magis fiat contra voluntatem testatoris. † Respondere potero, nihilominus unicuiq; licere oportere, beneficium alienum repudiare, etiam invito eo, qui dedit. Quod autem transigere de alimentis non licet, hæc est ratio: quoniam † incivile visum est, si quis beneficio alieno uti velit contra voluntatẽ ejus, qui dedit, & partem ejus accipere, partem repudiare. † Non obstat 3. ratio, quasi circumveniatur oratio D. Marci, quod celari possit transactio & pactio prætendi. † Respondet Gentilis. Hoc si sciatur transactionem irritã fore, & contra legem pactum, & indignandum esse, circumventam ab eo voluntatem defuncti. Hujus tamen rei nullam aliam pœnam posse esse, quam ut transactio esse

Negativa sententia reijcitur.
† *Obj. 1. & 2.*
† *Responsio.*
57.
† *Objectio.*
† *Responsio.*

esse irrita juberetur. *arg. l. 4. si quis omiss. caus. test.*

† *Objectio.* † Nec obstat 4. ratio, quod cui non liceat id, quod minus est, ei non liceat

† *Responsio.* &c. † Nam illa regula † valet, ubi eadem

58. utrinq; ratio est & minoris & majoris; non autem ubi diversa, ut ait Gentilis. Qua de re Cujac. & Dd. *in l. 21. de* R. I.

† *Objectio.* † Non obstat 5. ratio; nimirum locus il-

† *Responsio.* le ex Paulo *l. 1. sent. t. 5.* † Quoniam hoc saltem dicit, de qua re dubia & incerta transigere licet, de ea licet etiam pacisci. Ratio, quoniam transactio est species pacti. At male hinc Cujacius à contrario infert *lib. 10. Obs. c. 30.* de qua re dubia, & lite incerta non licet transigere, de ea nec pacisci; cum multis casibus, pactum transactioni in specie opponatur; & pacisci sit permissum, quibus † transigere

59. non licet impune. Qua de re plura Gœddeus *ad l. 2. n. 13. de V. S.*

† *Objectio.* † Non obstat 6. ratio. † Primo namq;

† *Responsio.* *ille* §. *si Prætor.* refertur ad Prætoris officium, qui non debet assentire transactioni citra caussam; & non debet negligere sive donare. Quoniam cogitare debet, sibi tantum esse permissum, quantum commissum, ut ait alibi Cicero. Deinde nondum evictum est, omne pactum gratuitum

tum esse. Vide quæ diximus *in c.2. supr. h. t. axiom.* 14. Tertiò aliud est donare, aliud donandi animo pacisci. E. Nulla est ratio connexionis, & assumptio neganda. † Non obstat 7. ratio. † Nam alia est ratio alienationis, divisionis, distractionis fundi in alimentis relicti, aliud pactum de alimentis. Nam illa ratio vel divisio prædij ad alimenta relicti, transactionis instar continet. *d. l. si uni.* §. *qui Romæ.* §. *duo fratres. de V.O.* † Objectio. † Responsio.

† Non obstat 8. ratio. † Nam ideo liberari fundus non potest inconsulto Prætore, quoniam eà liberatione fit quædam transactio, & deterior redditur caussa alimentorum. † Non obstat ultima ratio. † Nam de quibusdam, de quibus transigere non licet, non licet etiam pacisci. Atqui contrà, multis etiam in casibus pacisci permissum est, in quibus transigere non licet impune. *l. 6.* §. *3. de his, qui not. infam.* Et habes hic jam, quid ad opinionis utriusq; fundamenta, responderi vel soleat, vel possit. Et non habes tamen, quid nos statuamus, vel sentiamus. Quoniam adhuc inter doctos viros judicium nostrum interponere nolumus; & quoniam, ut ab initio diximus, est hæc quæstio, quam sive defendas affirmatè † Objectio. † Responsio. † Objectio. † Responsio.

firmatè sive negatè, non impingas forrasse sis in principia juris. Et habemus tales quæstiones plures, quemadmodum alibi docebimus.

Q. 60. Jam videamus: An valeat † pactum retrovenditionis, quo facultas revendendi in arbitrium emptoris confertur?

† Deciditur Affirm. Opin. † Affirmant Covarruv. *lib.* 3. *Resolut.* 8. Menoch. 3. *præsumt.* 122. *n.* 27. Dn. Andreas Rauchbar. *libr.* 2. *q.* 19. (In revenditione fundi. Aliud enim est in revenditione redituum annuorum. Rauchb. *d q.* 19. *n.* 15. Petr. Frider. Mindan. *de mandat. jud lib.* 2. *c.* 72. *n.* 4.)

† 1. Ratio. † *arg l.* 6. *de rescind. vendit. l.* 31. *§.* 22. *de ædil. edict. l.* 2. *C. de pact. int. emt. & vendit.*

† 2. Ratio. † Et deinde, si venditor pacisci potest, ut liceat sibi reemere, cur non possit emtor pacisci de revendendo, ex natura correlativorum? de qua l. fin. *C. de ind. vid. toll.* Eberhard. *in loc à correl.* Ad ea quæ obstant, tam erudite respondet Rauchbarus, ut ego quidem non videam, quid ijs addi debeat.

Q. *Sed utrum ex pacto retrovenditionis detur rei vindicatio?*

† 1. Opinio. † Ita vult Covarruv. *d. c.* 8. *n.* 2. Anton. Fab. *in Cod. Fabrian. lib.* 4. *tit.* 36. *defin.* 8.

† 2. Auth. sent. † Sed malim actione personali agere.

61. Nam contra † naturam obligationum est, producere realem actionem.

l. 3.

l.3. l.25. de O. & A. l.20. C. de pact. §.1. *Inst. de act.* Vide Geil. *libr. 2. Obs. c. 16.* Mynsing. *libr. 6. Obs. 69. & seq.* Cujac. *in tr. 8. ad Afr. in l. 24. de præscript. verb.* Tyraquel. *in tr. retract. p. 2. §. 2. gl. un. n. 35.* Schrader. *de feud. p. 10. sect. 1. n. 122.* Adversus tertium namq; rei vindicatione agere nequit, sed adversus secundum ratione interesse. *l. rebus. C. de rer. permut. l. si sterilis. 21. §. si tibi. 4. de act. emti.* Gomez. *l. 2. Var. Resolut. 2.* Jason. *in l. ab emtione. de pact.* Koppen. *decis. 1. n. 38.* Costal. *in l. 19. Qui potiores in pign.*

Sed quando † poterit huic pacto præscribi? † Aliqui dicunt, 30. annis, Covarruv. *lib. 1. Resol. 9.* Wesemb. *in par. de rescind. vend. n. 6. & cons. 12.* † Sed ego dicerem, plane non posse præscribi. Nam quæ consistunt in † mera facultate, non præscribuntur. *l. viam publicam. 2. de via publ.* Vide Gail. *l. 2. Obs. 18. n. 4.* Mynsing. *cent. 1. obs. 16. & 6. Obs. 70.* Fachin: *l. 2. controv c. 13.* Cujac. *ad l. 13. de usucap. per l. nec Creditores. C. de pign. act. l. 31. §. si quid. de ædil. edict. l. si ita stipulatus. De fide instr.* Knich. *de territorij jure. p. 91. & seqq.* Et hoc Electoralis constitutio comprobavit *p. 2. c. 1.* Q. 62. † 1. Opinio. † 2. sent. Auth. 63.

Objiciunt quod jus retrovendendi competat ex obligatione. Obligatio verò 30. annorum spacio tollitur. *l. sicut.* † Objectio.

C. de

C. de præscript. 30. vel 40. annorum. † Respondeo actiones 30. annorum † spacio tolluntur à tempore nativitatis. At nondum nata est actio, antequam precium oblatum fuerit. Si vero precium obtulerit, ut jam nata sit actio, tum si actionem illam per triginta annos negligat, rectè præscribitur. Hæc distinctio inter natam & nascituram actionem probatur in l.1. §. si impubere. 21. *de collat. bonorum. vers. Cæterum.* † Obstat, quod etiam servitutes sint meræ facultatis, †Respōdeo, Merę facultatis hic dicitur, quod non actionis jure competit, sed ex mera facultate & potestate. De servitutibus autem constitutis competit actio.

† Responsio. 64. *† Objectio.* *† Responsio.*

Q. Sed videamus iterum, An valeat ἀντιχρήσεως pactum? Antichresis est

65. pactio † pignoris contractui adjecta, quâ convenit inter debitorem & creditorem, ut donec pecunia solvatur, creditor ex fundo pignorato fructus in vicem usurarum percipiat. Rauchbar. *d.loc.* Petr. Gregor. Tolosan. *lib.2. de Usur. c. 3.n.14. & seq. p. 69. & seqq.* (Ubi eleganter disputat, an valeat emtio, sive pactum annuorum redituum. An autem valeat pactum retractus, Vide Tyragellum in præfat. retract. convent. n. 4. ubi defendit quod

de

de omni jure valeat.) Et quidem jure Canonico non sustinetur. *c. 1. extr. de usur. Ubi* Panorm. *n. 2.* Cujac. *in c. 7. extr. de jurejur. Duaren. de usur. c. 1. & 3.* Jure civili vero † valet *l. 11. §. 1. de pignor. l. 33. de pign. act. l. 4. l. 14. l.* 17. *C. de usur. Nov. 160. in pr. & c. 1.* † Quid igitur, an moribus sustineri poterit; an tanquam usurarium & illicitum pactum reijciendum erit? † Et puto sustineri posse; si non nimium usurarum legitimum modum excedant; † 1. propter incertum eventum fructuum *l. 17. C. de usur.* † 2. propter precij inconstantiam *l. 23. C. de usur. junctâ l. 4. de eo, quod cert. loc. l. 63. §. fin. ad L. Falcid.* † 3. quoniam, quod legitimum modum exuperat, pro laboribus sumitur. Vide omnino Dn. Andr. Rauchb. *q. 20.* ubi solemniter hanc quæstionem tractat; & octo argumentis, auctoritatibusq; eleganter confirmat. Adde Borcholdt. *in tr. de usur. c. 6.* Duaren. *de usur. c. 1. & 2.* Gail. *lib. 2. Obs. c. 5. & 7. n. 4.* Covarruv. *var. Resol. c. 7. n. 2.* Carol. Molin. *de usur. n. 259.* Wesembec. *cons. 8.* Hotom. *libr. 2. Obs. 15.* Salycet. & alios *in Auth. ad hæc. C. de usur.* Petr. Frider. Mindan. *de mandat. judic. c. 72. & seq.* Anton. Faber. *de re nummar. c. 11.* ubi pulcrè contra Molynæum disputat, An mutatio

66. Q. † *Affirm.* † 1. *Ratio.* † 2. *Ratio.* † 3. *Ratio.*

monetæ, in redemtione reditus annui, noceat debitori vel creditori? Adde, quę nos disputavimus *p. 1. tr. Iustin. disp. 18. q. 7.*

Sed videamus jam etiam, *Utrum* Q. 67. *pactum valeat, ut ad heredes* † *transeat societas?* Et crediderim, † 1. Ratio. non valere. † Nemo namq; potest societatem heredi suo sic parere, ut ipse heres † 2. Ratio. sit socius. *l. 35. l. 65. §. 9. §. 11. ff. pro soc.* † Deinde, morte socij sic solvitur societas, ut nec ab initio pacisci possimus, ut heres succedat societati. *l. 59. ff. pro soc.* † Tertiò; † 3. Ratio. quoniam is, qui societatem contrahit, certam personam sibi eligit. *§. solvitur. 5.* † 4. Ratio. *Inst. de societ.* † Quartò; quoniam nulla societatis in æternum coitio est. *l. nulla. 70. ff. pro soc.* Atq; ita consuluit Henning. Gœden. *cons. 86.* & tractavimus nos *p. 1. tr.* † Objectio. *Iust. disp. 18. q. 16.* † Non obstat l. 63. §. *in hered. pro soc.* ibi, ut heres socius non sit, nisi fuerit adscitus; (vel, ut alij, actum) † Resp. † Responsio. Non dicitur ibi, quod societas transeat. Nam imo negatur, esse socium; nisi fuerit adscitus, id est, nisi cum ipso fuerit societas contracta. 2. Textus ille loquitur non de societate privata negotiatorũ, sed de publica vectigalium exercendorum. † Objectio. † Non obstat l. 65. §. *10. ff. eod.* † Nam respon- † Responsio. den-

dendum, quod societas quidem finiatur morte socij; non item actio pro socio. l. 6. *in pr. l. 27. § 3. l. 58. D. Mandati. l. 1. Pro soc.*

† Non obstat l. 40. *pro soc.* † Nam quo- ad negotia, quæ incepta sunt geri, manet societas, ut scilicet lucrum & damnum, quod dependet ex antè gesto, cum herede in commune conferatur. † Non ob- stat, quod societas iniri possit in perpetuum *l. 1. ff. pro soc.* Nam Paulo nihil aliud est in † perpetuum, quam quod Tertullianus & Hieronymus solent dicere, donec ad- vixerit, vel quoad advixerit, ita ut ad ultimum usq; spiritum ea significatio protendatur. Scip. Gentilis *de alim. c. 11.* Nam alias nulla societatis in æternum coitio est. *d. l. 70. pro soc.* Sic etiam accipitur perpetuum in l. 8. §. 3. *transact. in l. 4. de procur.* Sic vice versa donec accipitur, pro in perpetuũ, ut notat ib. Gent. Vid. l. 1. Obs. c. 5.

† Objectio. *† Responsio.* *† Objectio.* *† Responsio.*

† Non levior est quæstio, *valeatne pactum † prorogationis, quo quis convenit, ut incompetens judex fiat competens?* Et convenit inter omnes, ex eo pacto convenientes non teneri. *l. si convenerit. 18. de jurisd. l. 1. de jud.* Contrarium tamen decidi videtur in l. pen. C. *de pact. & in l. 51. C. de Episc. & Cleric.* Q. 69.

Et sunt hic jam iterum multæ opinio- nes.

nes. Communiter quidem respondent, in legibus Codicis allegatis, tractari de conservanda jurisdictione ordinarij judicis. In l. ffto rum de tribuenda nova jurisdictione, judici incompetenti; quam interpretationem sequitur è Neotericis Bronchorst. *cent. 1. assert. 17.* Verum ab ea interpretatione recedit Corasius *ad d. l. 18. n. 4. & libr. 4. Misc. c. 4.* existimans allegatas ll. fftorum loqui in eo casu, quando ab utraq; parte mutata fuit voluntas. Textus Codicis in alio casu, quando nimirum altera parte vel invita, litigatorum unus â conventio volebat recedere. Sunt etiam, qui dicant, l. 18. *de jurisd.* nulla ratione niti; adversus quos tamen videas Alciatum *lib. 2. paradox. c. 17.* Goveanus existimat, *l. pen. C. de pact.* loqui in eo casu, quando quis aliter contracturus non fuisset, nisi fori præscriptioni renunciaretur.

Pleriq; Theorici distinguunt inter conventionem simplicem, & eam, quæ contractui fuit adjuncta, Donell. *libr. 17. com. c. 10. & 15.* Cujac. *in tr. 7. ad Afric.* Pac. *c. 1. quæst. 60.* Fachin. *lib. 1. Controv. c. 61. &c.* Alius tamen eruditus vir nec hanc interpretationem admittit, *ad l. 3. n. 45. de V. S.* & ipse

& ipse censet, jus apud veteres controversum fuisse. Quæ fuit etiam antiqua Duareni sententia. Alius etiam eruditus vir *in l. 1. C. de jurisd. n. 138.* docet, in d. ll. C. non agi de prorogatione judicis incompetentis, sed de non utendo privilegio adversus forum judicis competentis.

Mihi certe, Donelli reliquorumq; sententia magis arridet per l. *7. §. 4. de pact.* *l. 10. C. de pact.* Et deinde, quoniam in d. l. pen. C. *de pact.* dicitur, sancimus, nemini licere adversus pacta sua venire, & contrahentes decipere. En nominatim loquitur de contrahentibus. Et hanc sententiam juvat etiam vocabulum COMPELLETVR *in d. l. 18. de jurisdict.* positum: quemadmodũ latius quidem probavimus *ad d. l. 18. de jurisdict & ad l. 1. de judic.* *Opinio Autoris.*

Disputari quoq; possit, *an pactum valeat, ne liceat debitori hypothecam vendere?* De qua re tractatur in l. *7. §. fin. de distract. pignor.* & apud Anton. August. *l. 4. Emend. c. 17.* Sed nos de ea tractamus aliquid, in notis nostris *ad l. pen. de pact.*

CAPUT VII.

DE ADJUNCTO PACTORUM.

Summaria.

1. *Pactum quod constat interrogatione, quamodo à stipulatione differat.*
2. *Stipulatio potius quam pactum præsumitur.*

FORMA pactorum est ipse consensus; isq; vel tacitus, vel expressus, ut supra diximus *per l. 2. & seqq. de Pactis l. 2. C. eod.* Et quamvis scripturæ, vel verborum solennitas in pactis necessaria non sit *l. 7. C. h. t.* fiunt tamen nonnunquam pacta per interrogationem & responsionem *l. 7. §. 12. h. t.* Sed tum interrogationem & responsionem in pacto spectamus, non tanquam ejus formam, aut ex quo substantia ejus proficiscatur; sed ex accidenti & quasi fortè fortunà: cum pacta sine verbis etiam solo ac nudo placito, tacitè vel expressè fieri possint. Et quamvis etiam stipulatio constet interrogatione responsioneq;; longè tamen
1. † constat aliter, quàm pactio.

Pactionis enim interrogatio ac responsio caret negocio, caret interrogationis

onis fine proprio; qui nõ est in pactione, ut ex interrogatione & respõsione sit negocium contractũ, & obligatio nata: sed ut de animo paciscentis constet. *d.l.7.§.12 h.t.l.1.de cõst.pec.* Proprius n. pacti finis est, ut nudo placito potius, quam interrogatione & responsione perficiatur. Atq; adeo recte docuerunt Faber *l.5.conject.10.* Vultej.*l.1.I R.c.10.* Borch.*de pact.c.6.n.2 &* tum ipse Gœd. *de contr.stip.c.2.n.67.& seq.* Pactum & stipulationẽ conceptis verbis facta, differre tamen animo convenientium inter se, id est, fine & intentione eorũ, qui ita conveniũt. Nam ij, qui pacisci voluerunt, nullo alio animo, interrogatione & responsione utebantur, quam ut, quod placeret, tantum exprimerent, id est, perfectio illius conventionis spectatur solo placito, non in conceptione verborum, non in solemnitate interrogationis & responsionis. Qui verò stipulari volebant, illo animo se interrogabant & respondebant, ut ex hac solemni tantum verborũ conceptione contractꝰ perfectio existeret; ut nõ solo placito, sed hâc ipsa interrogatione & responsione esset obligatio, & in eâ ipsâ negotij substantia consisteret, quemadmodum ait Gœddeus. *d.loc.* Atq; ita stipulatio secernitur à pacto, tum quod ista sit contractus, non hoc;

Et quod ista responsione & interrogatione perficiatur, non hoc; & quod ista necessario desideret interrogationem, & responsionem, non item pactum. Quæ omnia latè tractat Gœddeus *d. c. 1. n. 67. & 3. seqq.*

In dubio tamen, cum per interrogationem & responsionem promissum est, nec constat, utrum animo paciscendi, aut † stipulandi hoc factum sit; stipulationem regulariter præsumimus; nisi contrarium specialiter approbetur: nimirum, quod hoc non animo stipulandi, sed tantum paciscendi factum sit. *d. l. 7. §. 12. & 16.* Cujac. Gœddeus *d. loc. n. 48.* Borcholdt. *c. 7. n. pen.*

(margin: 2.)

CAPUT VIII.

DE EFFECTU, SIVE VI, AC POTESTATE PACTORUM.

Summaria.

1. *Pacta cur de Iure Gentium actionem non pariant?*
2. *Pacta servare quid?*
3. *Obligatio quid?*
4. *triplex.*

5. Na-

26. *Iudiciale pactum actionem non parit.*
27. *Regulæ in dubio inhærendum.*
28. *Dubium esse non dicitur, de quo est regula Iuris.*
29. *Actus in judicio facti majorem vim habent, quam qui extra judicium.*
30. *In Iudiciis facta pollicitatione nascitur obligatio.*
31. *Iuratum pactum actionem non producit.*
32. *L. si quis. 41 C. de transact. explicatur.*
33. *Iuramenta sunt servanda.*
34. *Geminationis vis.*
35. *Geminatum pactum actionem non parit.*
36. *Cautionis verbum in l. 3. C. de V. S. quid significet.*
37. *In curia Mercatorum ex æquo & bono judicandum.*
38. *Inter Principes an ex pacto nascatur actio?*
39. *Nuda pactio bonæ fidei contractibus adjecta parit actionem.*
40. *Quam?*
41. *Actio præscriptis verbis quando obtineat?*
42. *Explicatur l. 14. D. de precar.*
43. *Utiles actiones dantur deficientibus directis.*
44. *Varietas delectat.*
45. *Particula vel interdum correctoria.*

46. PA-

VIdeamus etiam aliquid de effectu pactorum, & eorum jure. Quoniā verò

varia

varia sunt pactorum genera, & alia jurisgentium; alia legitima: & utraq; vel nuda, vel non nuda; quædam etiam in personam, vel in rem; &c. suosq; singula nanciscuntur effectus; quæque sub sua membra referemus.

MEMBRUM I.

DE PACTIS NUDIS JURISGENTIUM.

Liberatorium. 1. Constat ab initio, pacta nuda jurisgentium, quæ facta sunt ad liberandum debitorem, actionem † non producere, sed saltem exceptionem, *l. 7. §. 4. Vers. igitur nuda pactio: h. t. l. 21. C. de pact. juncta l. 45. ff. eod. & l. 15. C. famil. hercisc. l. si tibi. C. locati, l. divisionis. ff. eod. l. solent. de praescript. verb.* Camill. Plaut. *ad rubr. de Verb. Obligat.*

† *Objectio.* 2. † Quid est igitur, inquiat aliquis, quod Prætor ait, pacta conventa † servabo. *l. 7. §. 7. h. t.* † Bartolus ingenuè fatetur, se hoc prorsus ignorare, cum nullam unquam dederit actionem ex pacto; & hujus quæstionis, inquit, se nullam unquam solutionem vidisse; quemadmodum refert Angel. Matthæac. *lib. 1. de via. jur. c. 6.* Donell. *ad l. 10. C. de pact. n. 32.* † Sane

† *Responsio.* 1.

† *Responsio.*

movit

movit hoc etiam Anton. Usillum, ut traderet *in* §. *de constituta. n. 21. & seqq. Inst. de act.* actionem ex pacto nudo, de jure quidem civili, non produci: produci tamen de jure Prætorio. Quod ipsum se publicè Tholosæ defendisse scribit; eamq; rationem ponit, cur ex constituti pacto detur actio. † Verum ab ipso rectius dissentiunt Harprecht. *in eod.* §. & Donell. *ad l. 10. C. de pact. n. 22. & multis seqq. præsertim, n. 37.* Nam simpliciter dicitur in ll. allegatis, & hinc inde; pactum nudum non parit actionem. Deinde Prætor non solet contra leges facere. *l. cum sponsus.* §. *si res. de publician.* Utpote cum custos sit legum. Cicero *libr. 2. de ll. l. scio. de testib. l. nam &. de just. & jur.* † *Refutatur*

† Alij dicunt, id de legitimis pactis intelligendum esse; † quos Usillus ipse refutat. † Alij, servare pacta, esse, eam vim pactorum, quæ antea fuerit, servare. † Verum hoc refutat Donell. *ad d. l. 10. C. de pact. n. 24. & seqq.* † *Alia opinio.* † *Refut.* † *Alia opinio* † *Resp.*

† Ego semper judicavi verissimam illorum sententiam, qui dicunt, servare Prætorem pacta, exceptione data, vel etiam interdum actione, quomodo docent Donell. *in d. l. 10. C. de pact. & libr. 12. Com. c. 10.* Cujac. *libr. 2. Obs. c. 15.* & Gothofr. *ad d.* §. *7.* † *Auth. sentent.*

d.§.7.*l.*7. *arg.l.*44. §. 1. *famil. hercisc.* Nim: debitor jure civili non liberabatur pacto creditoris, de non petendo: jure tamen honorario, sive Prætorio liberatur. *l.* 5. *C. de pact.* & *ibid.* Donell. & Hotom. *l.* 3. §. 1. *de pec. const.* Et hæc de pactis liberatorijs.

Obligatorium. Obligatorium pactum nudum, quo quid promissum, nec actionem producit, nec obligationem efficacem civilem: sed obligationem naturalem. De quo, quam dicamus, videamus prius, quid sit obligatio? quid naturalis? quid civilis? Nam hoc ad quæstionem intelligendam magnopere conducet. Et est obligatio juris vinculum, quo necessitate † adstringimur, alicujus rei solvendæ, secundũ civitatis nostræ jura. *pr. Inst. de Obl.* Quã definitionem eruditè explicat Donell. *l.* 12. *Com. c.* 1. Camill. Plaut. *de V.O. p.* 7. *c.* 2. Obligat. verò vel perfecta est, vel imperfecta. Perfecta, cui ad omnẽ præstationem nihil deest, qualis est civilis mixta. Imperfecta, cui ad plenã rei solvendæ necess. aliquid deest, puta áctio, aut efficacitas actionis. Atq; ea duplex: naturalis & civilis nuda. †Sunt igitur obl. tria genera, nim. natural. civilis nuda, & civilis cum re sive causa. † Doctus quidam vir dicit, hanc divisionẽ non esse juri consentaneã; tum quia duo tan-

Obligatio quid?

3.

† An obligatio sit triplex; naturalis, civilis & mixta.

† 1. Opinio.

tantum membra obl. commemorantur, naturalis, & civilis; tum quia mera civilis nulla extat. Atq; ita docere videtur etiam Borch. *ad pr. Inst. de Obl. in fin.* & Althus. *l. 1. I. R. c. 25.* † Sed esse tria genera oblig. pulcrè † monstrat Donell. *l. 12. Com. c. 2. & seqq.* Et Corasius *in l. frater. de cond. ind.* Schneid. *in §. in personam. Inst. de act. pag. 720.* Et non est novum, ut duę tantum species ponantur; & extat civilis nuda sive mera in §. præterea. *Inst. de Exc.* & in l. 3. §. 1. *de cōst. pec.* Ubi JCtus ait: *Si quis autē constituerit, quod jure civili debebat, jure prætorio nō debebat, id est, per exceptionem: an constituendo teneatur, quæritur? Et est verum, ut & Pomponius scribit, eum non teneri: quia debita juribus* (sic legunt cōstanter omnes libri) *nō est pecunia, quæ constituta est.* † Est autem obl. naturalis, æquitatis † & naturę vinculum, quo ita adstringimur necessitate alicujus rei solvendæ, ut tamē eo nomine nulla sit actio jure civili *l. 127. de V. O. l. 10. de V. S.* Faciunt alias duplicem naturalem obligationem: Aliam, quę duntaxat soluti repetitionem impediat; aliā, quæ paret jus retentionis, cōpensationis, exceptionis. Joan. Dauth. *in tr. de testā. p. 452. n 443.* Val. Franc. *de fidej. c. 3.* qui solūmodo notam istam admittit, naturalis oblig. si soluta repeti non possit. †Obstat

† *Rejicitur.* 4.

† *Obligatio naturalis quid?* 5.

† *Objectio.* † Obstat tamen l. naturales 10. *de O. & A. l. fidejussor. 16. §. 4. de fidejussor.* quo in loco & à Paulo, & à Juliano dicitur, naturales obligationes non eo solo æstimantur, si actio aliqua eorum nomine competit, verum etiam eo, si soluta pecunia repeti non possit. De quibus textibus Rævard. *ad l. cum amplius. 84. §. 1. de R. I.*

† *Resp. Hotom.* † Et quidem non est ea levis objectio, quippe quæ vel Hotomannum moverit, ut negationem adderet, & pro Competit, non competit, legendum putaret,

† *Refutatur* † præter officium quidem interpretis & mentem ICti.

† *Resp. Bart.* † Bartolus dicit, interdum oriri actionem ex sola naturali, miraculo legislatoris, non alio modo, quam quo DEus fecit hominem sine matre. Bart. *ad l. 1. de cond. indeb.* Aretin. *in §. 1. Inst. de Oblig.*

† *Resp. al.* † Alij dicunt, naturalem obligationem esse duplicem; aliam naturalem civilem, quæ pariat actionem; aliam naturalem puram, quæ repetitionem impediat. Nonius *in pr. Inst. de Oblig.* Cujac. *ad d. l. 20. de O. & A.* Bereng. Fernand. *in l. pacta conventa. de contr. empt. in 2. præfat. n. 2.*

Sent. Authoris. † Ego judico, JCtos non hoc dicere, quod naturales obligationes pariant actiones; sed duas notas præscribere, quibus naturales obligationes, itemq; civiles

viles internosci possint. Unam, si actio earum nomine competat; tum enim non naturales sunt, sed civiles. Alteram, si solutum repeti nequeat; tum enim etiam sunt naturales. An autem † ex pacto nudo constituatur usufructus, quæritur? 6.
Quod utiq; negandum est. Nec enim parit actionem. *l. jur. gentium. §. sed cum nulla. de pact.* Usufructus autem parit actionem *l. 2. si Servit. vindic. §. æque si agat. Inst. de act.* Joan. Castill. *in eleg. tract. de usufr. c. 10.*

Cæterum quamvis actionem non pariat obligatio naturalis: sunt tamen † effectus ejus alij; quidam, principales, 7.
quidam accessorij. Principales sunt duo: soluti retentio. *l. naturales. de O. & A. l. fidejussor. §. 4. de fidejussor. l. si pœnæ. l. si Dominus. de condict. indeb.* Deinde compensatio. *l. 6. de compensat.* Accessorij sunt quatuor. 1. Constitutum. *l. 1. §. pen. & fin. de pecun. constit.* 2. Fidejussor. *l. 7. l. Marcellus. 25. l. fidejussor. 10. § 4. de fidejussor.* 3. Pignus. *l. 5. de pignor. l. hypothecæ. l. quæsitum. in fin. de pignorib.* Donell. *de pignorib. c. 2.* 4. Novatio. *l. 1. de novat.* De quibus satis multa Donell. *d. l. 12. Com. c. 2.* Jason. *in l. ex hoc jure. de just. & jur. & in l. si non sortem. §. libertus. de condict. indeb.*

† *Obligatio Civilis nuda.* 8. † Civilis obligatio nuda est, quæ jure civili actionem † quidem parit, sed eam, quæ per exceptionem jure Prætorio infirmatur. §. *præterea. Inst. de except. l. 3. §. 1. de pecun. const.* Hæc obligatio nullos effectus habet, nisi quando non opponitur exceptio. Tum enim duas utilitates accipit. 1. Quod in strictis judicijs exceptione ab initio non contestatâ, procedit actio, & reus condemnatur *l. siquidem. l. præscriptionem. C. de except.* 2. Quod creditor, si pactus sit, ut sibi idem petere liceret, quod prius per exceptionē, petere non licebat, consequitur hoc pacto, ut actione petere possit; licet alias pactum actionem non producat. *l. si unus. §. pactus. de pact. l. pacta novissima. C. eod.* Atq; de hac de specie tractat latè Donell. *d. lib. 12. c. 3.*

† *Obligatio civilis justa.* 9. † Obligatio civilis justa, est ea ipsa, quam † ab initio definivimus ex Justiniani *pr. Inst. de obl.* si eam cum efficacia intelligas, quatenus actionem efficacē parit. De qua Donell. *d. l. 12. c. 4. & multis inseq. cc. ac libris.*

Q. His præmissis, jam videamus, *an ex pacto nudo juris gentium, naturalis oriatur obligatio?* † *1. Opin. Neg.* † Et eam non oriri tradunt Connan. *l. 5. comm. c. 1.* Baro *ad rubr. de V. O. & lib. 1. de individ. c. 4. & lib. 3. de individ. c. 11.* ubi dicit, se in schola Bituribus habita

Anno

Anno 41. ſupra ſesquimilleſimum id arctiſſimè tutatum eſſe. Quos ſequitur Magnificus vir *in manuſcr. prælect.* quas amici cujusdam ſtudio ſumus adepti, *ad tit. de pact. l. 7. §. ſed cum nulla. h. t.* Eamq; opinionem ipſi noſmet, & hic & alibi publicè diſputando, defendimus aliquoties. Et Igneum etiam defendiſſe publicè teſtatur Andr. ab Exea, *n. 294.*

† Contrà tamen ſentiunt Donell. *l. 12. Com. c. 2.* Cujac. *ad l. 1. de pact.* Borch. *c. 2. n. 28 & c. fin. n. 61.* Bocer. *ad l. 23. c. 1. n. 5. de* R. I. Weſemb. *in par. h. t. n. 9.* Bereg. Fernand. *in l. pact. conventa. de contr. empt. in 2. præf. n. 11.* & pleriq; vetuſtiores ac recentiores. Eaq; ſententia † procul dubio verior eſt. Quapropter eā propugnavim9 *part. 1. diſp. Iuſt. diſp. 19. th. 5.* † 1. Ratio in l. 5. §. *Imp. de ſol. ibi: ſicut ex pacti convent. & ibi quæd. ex pacto natural. debeb.* ubi dicuntur uſuræ ex pacto natural. deberi. † Et ne Philoſophicam aliquam naturalem oblig. & morali modo vinculum comminiſci poſſis: † Iccirco JCtus in extremo *ejusd.* §. ſubijcit, uſuras ex pacti conventione datas, repeti non poſſe. Proponetur igitur ibi natural. obl. juri cognita, & cujus inter alios effectus, de quibus diximus, etiam eſt indebiti ſoluti repetitio ſive non *Vide l. 13. & 14.*

de con-

Marginalia: † 2. *Opinio affirm. quā retinet author.* — 10. — † *1. Ratio.* — † *Inſt.* — † *Reſponſio.*

de condict. indeb. l. naturales. de O. & A. Atq; idipſum etiam proponitur in l. 3. C. *de Uſur.* Si igitur tum ſolutum repeti non poteſt, ſi naturalis obligatio præceſſit; & verò ex pacto ſolutum non poteſt repeti: neceſſum eſt, ut ex pacto naſcatur obligatio naturalis. Prius autem. Poſterius igitur.

† *2. Ratio.* 11. † Accedit eò, quod propter uſuras pacto promiſſas, pignus † poſſit obligari. *l. per retentionem. l. pignoribus. C. de uſur.* At pignus non poteſt accedere, niſi obligationi. *l. 5. ff. de pignor.* † Reſpondet hic Baro, ſingulariter eſſe receptum, in pactis uſurarijs, quod uſura ſit quædam veluti acceſſio, & pars rei; & proinde facilius debeatur, propter rei debitæ conjunctionem.

† *Reſponſio Baronis.*

† *Refutatur* † Sed regeremus nos, ſi hoc in uſuris, quæ natura ſua ſunt odioſæ, recipiendum eſt, an non in alijs etiam rebus pacto promiſſis, multò magis recipi debeat? † Nec eſt, ut hoc intelligas, de uſuris rerum fungibilium. † Quoniam *in d. l. 5. §. 1.* loquitur JCtus de pecuniâ credita: & quoniam de uſuris rerum fungibilium, pacta facta, non naturaliter obligant, ſed civiliter, *l. 12. C. de uſur.* Si verò quæ alia uſura Philoſophis etiam odioſa eſt, illa certè, quæ circa pecuniam creditam verſatur,

† *Inſt.*

† *Reſponſio.*

ſatur, ab omnibus maxime oppugnatur; propterea, quod pecunia ſterilis res ſit. Atq; contra eam diſputavit Ariſtoteles. *l. 1. polit. c. 6. & 7.*

† *3.* Ratio. Ex pacto de non petendo datur exceptio *l. 7. §. 4. h. t.* Cur non igitur poſſit ſubeſſe naturalis obligatio? † Reſpondet doctus vir, hoc non ſequi: quod plus juris ſit in obligatione naturali, quàm in exceptione. Sic recte concludi: Naſcitur obligatio. Ergo & exceptio. Sed non vice verſa. Deinde pacta propterea † exceptionem parere, quod contractuum cauſſa fiant, unde pendent. † Veruntamen hoc argumentum noſtrum, ſi non ſit perpetuum *arg. l. 40. de cond. ind.* in jure tamen reperiatur oportet *l. 19. de cond. ind. l. 10. de O. & A. l. 16. §. 4. de fidejuſſ. l. 54. §. 1. de furt. &c.*

† *3. Ratio.*

† *Reſp. docti viri.*

12.

† *Reijcitur.*

Porro, quod idem dicit, pacta fieri cauſſa contractuum unde pendent; ſi generaliter intelligit de omnibus pactis, difficulter admiſero. Sunt enim pacta quædam ſimplicia, quæ per ſe conſtant, nec ex contractibus pendent; cujuſmodi eſt pactum creditoris cum debitore, ne quid ab eo petat. Hoc enim per ſe conſtat, nec aliunde pendet, inquit Hotom. *in diſp. de pact. n. 21.* ubi plura ſubijcit

exempla. Deinde si datur nobis, pacta liberativa liberationem gignere; sic argumentari licebit; Si pactum nudum, quod fit ad liberandum, producit exceptionē; pactum etiam, quod fit ad obligandum, producet obligationem. Sed non producit obligationem civilem. Producet igitur obligationem naturalem. Verum proponamus nihilominus adhuc alia.

† 4.*Ratio.* †Et pugnat etiam pro nostra sententia l.1.*in pr.de pact.* ubi pactorum æquitas naturalis esse dicitur. †Doctus vir respondet, non sequi; Naturalis subest æquitas. E. Naturalis obligatio; propterea, quod obligatio naturalis ex civili caussa oriatur. *l. 49. §.fin de pecul.* †Sed *l.49.§.fin.* nihil aliud dicit, quàm si quæramus, utrum servus domino obligetur? hanc quæstionem intelligendam de obligatione civili, sicut ibidem rectè notavit Gothofredus, & probat l.41.*ff.eod.* De naturali nāq; constabat, Servum Domino naturaliter obligari: Jure civili verò nō est inter dominum & servum obligatio *l. 41. de pecul. l. quod attinet. 32. de* R. I. Naturaliter vero obligantur *d l. 32. de* R. I. *l. servi. de* O. *&* A. *l. frater à fratre. de cond. indeb.* Et crediderim, ubi civilis est causa, ibi etiam civilē obl. esse plærumq; cum effectus debeant

† *Inst.*

† *Responsio.*

ant esse † causis formalibus cōsequētes. 13.
Sanè cōtractus jurisgentium pariunt obligationem civilem. §.2. *Inst.de obl. l.10.de O.& A.* Sed procul dubio congruūt æquitati quoq; civili. Quam etiam causam esse censeo, quod naturalis obligatio dicatur vinculum æquitatis *l.95.§. naturalis de sol.* Quoniam quod ex natura est, id semper æquum & bonum est *l. pen. de just. & jur.* Habet igitur obligatio naturalis, totam essentiam suam à jure gentium. Sicut n. qui obl. est civiliter, astrictus est vinculo juris civilis, ut solvat quod debet: ita pariter, qui obligatus est naturaliter, astrict9 est vinculo juris naturalis, ut ex æquitate naturali, id quod naturaliter debet, solvere teneatur. Atq; hoc ipsum est, quod ulterius è Paulo potest quintæ rationis loco adduci.

† Is natura debet, quem juregentium dare oportet, *l.84. §.1.de R.I.* † Solent hoc ad condictionem indebiti restringere; † Sed res eodem recidit. Et soluti retentio, naturalis † obligationis effectus est. *d. l.10. de O. & A. l.16. §.4. de fidejuss.* Eodem facit, quod *in d.l.7.§.7. h.t.* Prætor ait, se pacta servaturum. Cur enim servabit quæso, si non subest obligatio, ne naturalis quidem? An quia saltem

† 5.*Ratio.*
† *Inst.*
† *Responsio.*
14.
† 6.*Ratio.*

ita placet Prætori? Absit. Verum quoniam nihil tam congruum fidei humanæ, quam ea, quæ placuerunt, servare; quam edicti Prætorij rationem Ulpianus reddit *in l. 1. pr.* Vide Corasium omninò eleganter *ad l. frater a fratre. de condict. indeb.*

† *7. Ratio.* † Item nihil tam naturale est, quàm eo genere quicquam dissolvere, quo colligatum est; & vice versa: nihil tam naturale, quam eo genere quicquam colligari, quo dissolvitur. *l. 35. de R. I.* At vero naturalis obligatio tollitur pacto nudo; & quidem ipso jure. *l. 95. §. 4. de solut.* ubi pacto justo pactum nudum denotatur, ut docuimus supra *c. 2. in quæst. 6.* Constituetur igitur etiam naturalis obligatio nudo pacto. Idem probat l. & eleganter. §. *Servus pactionis. de dolo.* quemadmodum ibi docuimus.

† *8. Ratio.* † Tandem huc facit etiam apprimè l. 27. §. 2. *h. t.* ubi pacto posteriori tollitur obligatio pacti prioris. Cur enim pactum prius eliditur per posterius, si non fuit in priore obligatio, ne naturalis?

† *Objectio.* † Verum ipsi videntur eadem lege contra nos uti posse. Quid est enim, quod dicitur, prius pactum per posterius elidi: non tamen ipso jure? cum constet, obligationem naturalem per pactum

ctu m ipso jure tolli. *d. l. 95. §. 4. de solut.* † Resp. Potest elidi. Sed hic non potest elidi; quoniam hoc actum est, propter antecedentem contractum mutui; quemadmodum latius ad eum locum diximus. *† Responsio.*

† Obijciunt etiam & quidem potissimum l. 56. §. *si nummos. de fidejussor.* ubi si † numos alienos, quasi tuos mutuo dederis sine stipulatione, nec fidejussorem teneri, Pomponius ait. At constat tamen in omnibus obligationibus, id est, in quocunq; genere obligationum, etiam in obligatione naturali fidejussorem assumi posse. §. 4. *Inst. de fidejussor.* † Verum ille textus, si nucleum consideremus, loquitur de mutuo facto de aliena pecunia, sine stipulatione, UT REDDAS; ubi meritò non obligatur fidejussor, cum pecunia data sit aliena, in qua mutuum non consistit, quamdiu numi extant. Mutuum enim dicitur, quo de meo tuum fiat; Ergo si de meo tuum non fiat, non erit mutuum. Hinc etiam *in pr. ejusdem l. 56.* non tenetur fidejussor, haud ob eam caussam, quod juramentum modus esse nequeat obligationis inducendæ, ut volebant Bartolus & Dd: sed quod juramentum hominis ingenui, operas officiales pro-

† Objectio. 15. *† Responsio.*

promittentis nō inducat obligationem, quemadmodum hoc explicavit eruditè Corasius *in l. admonendi. de jurejur. â n. 12. usq; ad n. 25.* nimirum juramentum producit obligationem; juramentum hominis liberi, promittentis operas officiales, non parit obligationem; & ut ait Cujacius, est ibi juramentum inutile.

† *Inst.* † Quid igitur, quod Paulus dicit SINE STIPULATIONE? Magnus VIR

† *Responsio.* arguit: Ergo, nudo pacto. † Non admitto. Possunt dari mutuò numi alieni, sine stipulatione, & sine pacto. Ideo verò subijcit, SINE STIPULATIONE; Quoniam etsi alienos alias numos, suo nomine quis crediderit, stipulando tamen obligandi sibi jus quærit. *l. 2. C. si cert. petat.*

† *Objectio.* † Instant. Quot lites erunt in mun-

16. do, si quilibet † ex promissione quavis

† *Responsio.* possit obligari? † Resp. Imò debet, si seriò tractavit; modò non dolo, vel contra leges aliquid promiserit. Et quamvis producatur naturalis obligatio ex pacto: ea tamen ne quidem est sufficiens ad producendam actionem. Deinde, licet qui sic ad obligandum paciscitur, non consentiat civili modo: consentit tamen qualiter qualiter. *arg. l. si mulier. §. si metu. de eo, quod met. causs.* Ergo qualis qualis hic con-

consensus, id est, naturalis, qualē qualem, id est, naturalem obligationem producet. Adde *l.203.de* R. I.

† Instant iterum. Nullibi dicitur, quod ex pacto naturalis obligatio oriatur. † Resp. Imo dicitur, ut monstravimus ab initio.

† *Objectio.*

† *Responsio.*

† Objiciunt tandem *l.7.§.4. de pact.* ubi generaliter dicitur, *igitur nuda pactio obligationem non parit.* Quo certe videtur & naturalis, & civilis obligatio comprehendi. † Resp. Sed non est rarum in jure nostro, ut aliquid generaliter pronuncietur, & ad certam tamen speciem sit adstringendum, id quod in hoc quoq; loco fieri debet. Et per obligationem, intelligimus obligationem civilem, quæ actionem parit; tum, quod ea sit obligatio cū maximo effectu: tum, quod antecedentia d.l. 7. membra, satis evincant, præsertim §. 1. Obligatio namq; in dubijs semper sumitur pro ea, quæ actiones † pariat. 17.
Nullam igitur intellige, nullam efficacē. Hac de re dixit plura Don. *d.l.12.C.c.2 p.7.*

† *Objectio.*

† *Responsio.*

Cæterum hactenus probatum est, pactum naturalem obligationem parere; non ita quoq; civilem. Et firmiter tibi statuendum est, talem obl. quæ actionem pariat, ex pacto non oriri. Nec te moveat *Objectio.*

l. 8.

Explicatur. *l. 8. C. de pact.* ubi si paciscenda pecora
l.8.C.h.t. partiaria. (Hotom. legit partiariò) Apollinarem suscepisse probabitur, fidem pa-
18. cto † præstare, per judicem compelle-
Respons. tur. Nam ibi vel adjectum fuit pactum contractui, ut vult Donellus, vel fuit innominatus contractus, ut vult Hotomannus.

Q. † *Sed cum jure civili non pariat actio-*
19. *nem nudum pactum, hinc quæritur, utrum † pariat saltem jure Canonico?* † Vetustiores
† 1. Opinio Dd. id communiter affirmant, & quidam
Affirm. etiam ex recentioribus *per c. 1. c. 3. Ext. de pact. c. 1. de probat. c. 9. caus. 10. quæst. 3. c. puellæ. caus. 20. quæst. 1. c. 64. caus. 12. quæst. 2.* Panormitan. & Canonistæ communiter, *in d. c. 1. extr. de pact.* Covarruv. *in c. quamvis. part. 2 §. 4. n. 14.* Borcholdt. *c. fin. de pact. n. fin.* Petrus Calæsat. *in l. 7. §. 4. n. 8. de pact.* Wesembec. *in parat. h. t. n. 7.* Bronchorst. *cent. 1. assert. 31. circ. fin. n. 14.* Sichard. *ad rubr. C. de pact.* Camill. Plaut. *de Verb. Obligat. libr. 2.* Addunt etiam has rationes.

† 1. Ratio. † 1. Jus Canonicum evitat peccatum, & peccandi occasionem. *c. fin. extr. de consuetud.* Pactum autem nudum non servatum inducit peccatum: quippe cum grave sit, fidem fallere. *l. 1. de constit. pec. l. 1. de pact.*

pact. E. pactum nudum jure Canonico habet firmitatem. † 2. DEUS inter simplicem loquelam & juratam, non distinguit, *c. juramenti. causs. 22. quæst.* 5. Jus autem Canonicum sequitur DEUM. E. Jus Canonicum non distinguit inter simplicem loquelam, & juratam; & per consequens, ex omni conventione concedit actionem. † 3. Obligatio naturalis, quando lege confirmatur, producit actionẽ. *l. 6. de pact.* Sed obligatio ex nudo pacto naturalis, confirmatur jure Canonico. *dd. textibus.* E. pariet ex Jure Canonico actionem. † 4. Quoniam Canones nituntur naturali æquitate, quæ æquitas ex qualicunq; consensu nascitur.

† *2. Ratio.*

† *3. Ratio.*

† *4. Ratio.*

Alij tamen contra docuerunt: actionem quidem non producere pacta nuda de jure Canonico, sed implorationem officij judicis competere, uti videre licet apud Panormitan. *d. loc.*

† Sed neoterici pleriq; prorsus â superioribus dissentiunt, & pactum nudum ne quidem jure Canonico actionem producere, constanter affirmant, Connan. *l 5. Com. c. 3.* Alciat. *libr. 5. paradox. 3.* & præ alijs Henric. Bocer. *ad l. contractus. 23. c. 1. n 8. de R. I.* & Gifan. *in exemplari MSto. ad d. §. 4. l. 7.* Fachin, *l. 2. controv. jur. c. 100.*

† *2. Opin. Neg.*

Atq;

Atq; ita docuerunt etiam quidam veteres, Innocent. Imola, Salycet. & Felinus quoq; *in c. 1. de pact.* Et ita quoq; docuit è practicis recentioribus Bereng. Fernand. *in d. l. pacta conventa. de contr. emt. in 2. præfat. n. 7. 8.* Quæ sententia procul dubio est verissima.

† *1. Ratio.* † Nullus enim textus juris Canonici dari potest, ubi jus civile fuerit, quoad hunc articulum, abrogatum. Cur igitur stare prohibeatur, quod in l. 7. *§. 4. h. t. in l. 10. C. eod.* cum similibus receptum est? Vide *l. pen. C. de appellat.* † Et erit igitur infortunatus Fortunius, quando legem civilem negligentiæ accusat, quasi justitiæ veræ intermissione, pacto nudo civilem obligationem adjungere supersederit. † Et est quidem hæc responsio ne confutatione digna: rectius Fernandus, se nec voluisse, sic ab Hispano scriptum. † Deinde jus Canonicum studet, sicut & jus civile, lites dirimere. *c. finem litibus. extr. de contumac.* Duaren. *ad t. de pact.* † Accedit eò, quod excommunicationis pœna constituitur in eos, qui pacta non servant. *d. c. de pact.* quà ne quidem opus esset, si legitima competeret actio. Item; † Ex pacto nudo competit officium judicis. *c. fin. de foro cõpet. in 6.* Officium autem Judicis non admittit

† *Inst. Fort.*

† *Refutat.*

† *2. Ratio.*

† *3. Ratio.*

† *4. Ratio,*

mittit obl. *l. qui per colluſ. §. 1. de act. emt.* † Et † 5. *Ratio.*
probat hanc ſententiam etiam *c. pact. ext.*
de pact. c. novit. de jud. c. pact. extr. de V. S. c. 2.
de conceſſion. præbend. Suntq; plures adhuc
rationes.

† Utpote quod pactum nudum fiat † 6. *Ratio.*
ſine magna deliberatione; & quod contineat nudum aliquod promiſſum, &
quod jus † Canonicum æquius ſit, quàm 20.
jus civile, atq; ad liberandum proclivius:
cum jus civile ſit pronius ad obligandũ.
† Deinde, ſi jure Canonico pactum nu- † 7. *Ratio.*
dum pareret actionem, pareret utiq; jam
etiam jure civili; quod leges civiles non
dedignentur ſacros Canones imitari, ſicut tradunt Interpp. juris Canonici. Et
allegantur ab ijs adhuc plurima, quæ non
exſcribam: dum ad ſolutionem eorum,
quæ contraria videbantur, me jamiam
accingo.

† Nec obſtat c. 1. *extr. de pact.* Me- † *Objectio.*
noch. *l. 3. præſumpt. 134. n. 57.* Cujac. *ad c.*
2. extr. de ſponſalib. † Nam ibi dicitur, pa- † *Reſponſio.*
cta eſſe ſervanda, ſicut etiam dicitur in l.
1. *l. 7 §. 7. h. t. l. 29. C. eod.* Servanda vero
ſunt non ope actionis, ſed ope exceptionis. Quæ reſponſio juvatur, quoniam
Canon eſt concilij Africani, editus eo tẽpore, quo omnis Africa jure Romano
uteba-

utebatur, nimirum tempore Sylvestri primi Papæ.

† *Objectio.* 21. † Nec obstat, quod *in eod. c.* dicitur conventus † debet servare &c. Conventus nim. Optancius ab Episcopo Maduriense. † Nam conventus ab aliquo dici

† *Responsio.* 22. potest, etiam, qui non † actione conveniebatur. Et *in d. c.* 1. Verbum conventus, non potest accipi de conventione, quæ fit judicialiter per viam actionis; quoniam ibidem pœna non servantis fidem, constituitur Ecclesiastica disciplina: cũ tamen actione intentatâ contra contumacem parata sit alia via; quemadmodũ erudite tradit Bocerus *d. c. 1. n. 8.* Respondebam etiam aliquando, committi fallaciam homonymias, & conventum intelligendum esse, collegium aliquod sive congregationem, puta Monachorum. Et fingebam casum similem ei, quem legimus in c. edoceri. *21. de rescript.* Sed alteram Boceri solutionem, veriorem esse

23. judico. Nam & melius est seipsum † corrigere, quàm ab alijs corrigi, juxta vulgare.

Fingendus igitur est casus juxta mentem Panormitani, & aliorum CCtarum, quos etiam sequitur Schwartzmeier *lib. 1. misc. c. 16.* Idq; suadent acta,

gestaq;

gestaq; concilij Carthaginensis, sive Africani, quæ quoniam ad explicationem capit. faciunt, hic subijciam, ut habentur *in tom. 1. concil. in concil. 1. Carth. Afric. c. 12.* Antigonus Episcopus Madurensis *dixit: Gravem injuriam patior, & credo, dolere sanctitatem vestram contumeliam meam, & computare communem injuriam.* Optantius, *cum se repræsentaret, pactum mecum habuit, & divisimus plebes. Manuscriptiones nostræ tenentur epittacia. Contra hoc pactum circuit plebes mihi attributas & usurpat populos, ut illum patrem me vitricum nominent.* Gratus Episcopus *dixit: Factum hoc dolendum est, ut in se illiciat populorum imperitorum animas contra disciplinam, contra Evangelicam traditionem, contra pacis placita. Nam si sibi id posse contingere arbitraretur, nunquam profecto in fratrem aliquis deliquisset. Unde aut inita pacta suam obtineant firmitatem, aut conventus, si se non cohibuerit, Ecclesiasticam sentiat disciplinam.* Universi *dixerunt: Pax servetur, pacta custodiantur.*

† Alij quidem censent, hoc c. loqui non de simplici pacto, sed solenni. † Alij loqui hoc c. de extraordinario judicis officio. Verum hos refutat omnes Bocerus *d. c. 1. n. 8.* Eadem est solutio ad c. 3. *de pact.* † Nihil obstat *c. 9. caus. 10. quæst.* 3. † *Al. Opin.* † *Al. Opin.* † *Objectio.*

† *Responsio.* Nam nihil in eo de pacto: ſed erat juſſus, ſeu, ſi mavis, conſilium; & nihil etiam ibi † *Objectio.* de actione. † Non obſtat *c. puella. cauſ.* 20. † *Responsio.* *quæſt.* 1. † Nam ut ſupra quoq; dictum eſt, exceptionis ope conſervantur pacta & non calcantur. Et etiam ibidem pacta non pro nudis pactis ſumuntur, ſed pro contractibus, nimirum, pro contractu ſocietatis, ut ex eo *c. & ex c.* 2. *cauſ.* 27. † *Objectio.* *quæſt.* 1. amplè manifeſtum redditur. † Non † *Responsio.* obſtat tandem c. 64. *cauſ.* 12. *quæſt.* 2. † Nam in eo ne verbum quidem de actione.

† Non obſtant etiam rationes addu- † *Objectio.* ctæ. † Quantum enim ad I. & II. attinet, in † *Responsio.* ijs male colligitur, jus Canonicum ex pacto producere actionem; propterea, quod jus Canonicum evitet occaſionem peccandi, nec diſtinguat inter ſimplicem & juratam loquelam. Et non concedat hoc etiam regius Profeſſor, qui damnat ad ravim uſq; flammis, flammis libros ſpurciſſimos barbarorum. *A. G. lib.* 1. *de nupt. c. fin.* Adde Gœdd. *in c.* 1. *n.* 175. & *ſeqq. de ſequeſtr.* Authorem *bruti fulminis, per tot.* Donell. *libr.* 13. *Com. c.* 20. & alios. Præterea hæc controverſia eſt de bonis temporalibus, in quibus ipſimet Pontifices

fices se †legibus imperialibus subijciunt. *c. 6. distinct. 96.* Wesembec. *de præscript: cons. 5. num. 23. & seqq.* Et si omnino pactum servari debet: non tamen sequitur, esse servandum per actionem. 24

†Quod idem etiam facit ad 3. rationem diluendam. Nam *d. c. 1. extra. de pact.* confirmat quidem nudum pactum, sed non ad actionem ex eo producendam: verùm ad Ecclesiasticam disciplinam & coercitionem, non servantibus pacti fidem, infligendam. † L. verò. 6. *de pactis.* loquitur de nudis pactis, ad actionē constituendam confirmatis.

† Responsio ad 3. rationem.

† Objectio.

†Sanè apud nos, datur hodie etiam ex nudo pacto actio; ut testantur multi, etiam Wesembecius noster *in paratitl. D. de pact.* Sed hoc tamen fit magis ex confirmatione consuetudinis, quam ex natura pactorum, ut docuit rectè Bocerus *d. c. 1. n. 8. pag. 55.* Nam pacta deliberata mente inita, tam juris divini, quam Canonici autoritate, hodie actionem pariunt. Jacob. *in Ep. v. 12.* Matth. 5. v. 37 *Canonist. cōm. in c. 2. & 3. de pact. & in c. 1. de Iudic. in 6.*

† Responsio. Apud nos pacta nuda producunt actionem.

Et hactenus dictum atq; probatum est, pactum nudum jurisgentium, naturalem quidem obligat. parere: actionem

Conclusio.

T 2 vero,

vero, nec de jure civili, nec de jure Canonico, producere. Producere tamen de jure Germaniæ, vel etiam totius Imperij, consuetudinario.

Sed videamus jam, an regula, quod jure Civili pacta non pariant actionem, tam sit firma, ut exceptionem nullam patiatur. Sunt enim, qui excipiant pactum judiciale, pactum juratum, pactum geminatum, pactum tacitum, pactum mercatorum, inter Nobiles, Principes, &c. De quibus ordine dicendum est. Dicunt tamen quod ex nudo & simplici pa-
25. cto favore † piæ caussæ nascatur efficax actio. Tyraq. *de privil. piæ causæ 111. pag. 597.*

QUÆSTIO.

Q. 26. *Utrum pactum judiciale † pariat actionem.*

1. Opinio. Affirm. Affirmat Baldus *in l. tale pactum. §. qui provocavit. P. h. t.* & alij allegati ab Andreâ ab Exea *in lib. pactor. n. 415.* & â Petr. Calæfat. *in l. 7. §. sed cum nulla. n. 51. ff. h. t.*

† 2. Opinio. † Alij vero negant, ut ibidem videre licet; cum quibus etiam uterq; consentit.

Et

Et est etiam hæc procul dubio verissima sententia, quæ non solum juvatur † *per l. omnes. §. in hac. C. de Episcop. & Cleric. l. 28. C. de transact. l. pacta novissima. C. de pact.* † Sed etiam vulgata juris regula, quod ex pacto nudo, jure civili, non oriatur actio, sæpius inculcata. Nec reperitur hic casus exceptus.

Neg. quam seq. author.
† *1. Ratio.*
† *2. Ratio.*

Maneamus igitur in terminis regulæ. Fundatam enim, ut ajunt, intentionem habet, quisquis regulâ pro se nititur. In dubio † certè regulæ inhærendum. 27. Bartol. & Dd. *in l. quoties si quis caut. l. ab ea parte. de probat.* Rosenthal. *de feud. c. 6. concl. 74. lit.* D. Gœdd. *de contrah. stip. pag. 642.* Vide omnino Gailium *in tr. de arrest. Imperij c. 11. n. 31. ubi* multa eleganter ad hoc alleget. Cagnol. *in Rubr. extr. de reg. Iur.* Felin. *in c. quoniam frequenter. in pr. extr. ut lite non contest.* Decius *in l. 1. n. 6. de* R. I. Sylvan. *cons. 88. n. 12. & cons. 99. n. 19.* Imol. *cons. 156. &c.* Sufficit enim quem habere pro se regulam, & illa attendi debet; quamvis aliquæ fallentiæ reperiantur in contrarium, ut est doctrina Innoc. *in c. præterea. de dilation.* & post eum Bart. *in l. 2. ff. si quis in jus vocatus non ierit.* per text. in l. ab ea parte. *ff. de probat.* quem textum allegat ad hoc Bart. ibi, & bene probatur

per text. in l. suus. §. puto. *ff. de heredib. instituend. c. venerabilibus. in versic. potest quoq;. de sentent. excommun. & c. decimas. de restit. spoliat. in sexto.* Quæ jura ad hoc citat D. Jason. *in d. l. 2. in 7. colum. post princip. versic. Nota istam doctrinam Bart.* Hinc Baldus *in l. si tutor. in fin.* Quod scilicet regulæ juris sint tenaciter servandæ, nisi in contrarium appareat dispositio specialis. *C. de servo pign. dat. manumiss.* Et ideo pro regula semper est pronunciandum, nisi probetur contrarium, secundum Bald. *in l. 1. de alienat. judic. mut. caus. facta.* Bart. *in l. quotiens. in fin.* dicit, quod
28. non dicitur esse † dubium, de quo est regula juris; licet sint aliqui casus excepti, nisi de illis casibus specialibus doceatur. *ff. si quis caution.*

† *Objectio.* † Nec obstat, quod pactum judiciale, quasi fomentatum calore judicij, producat actionem. † Nam verum credo, quod
† *Responsio.* Alexander respondet: ab calore judicij nudum pactum incalescere non posse. Et ultrò vos ab ingenij fomite, cum vestris fomentationibus, ô rigidè frigidi. Fomenta dolorum, metaphorice dixit Cicero. Fomenta pactorum, nusquam leguntur.

† *Objectio.* † Nec juvat, quod actus in judicio fa-
29. cti majorem vim habeant, quàm † qui facti sunt extra judiciũ. *l. 1. C. de præd. decur.*

l.10. †Nam id in quibusdam obtinet; non † *Responsio.* v. est perpetuum. Et potuissent etiam addi l. 6. C. *de præd. min.* l. 8. C. *de transact.* Sed referri debent *ad l. 71. & l. 105. de* R. I. Adde Forst. *l. 2. hist. Rõ. c. fin.* Et l. 1. C. *de præd. decur.* saltem hoc dicit; non valere venditionẽ prædiorum curialiũ; nisi fiat caussa prob. apud acta Præsidis, sicut annotat ibi Cuj.

† Opponunt etiam l. cum ostendimus. † *Objectio.* 4. §. *fin. de fidej. tut.* † Sed non obstat. Nam † *Responsio.* ibi nihil de pacto *arg.* §. *fin. Inst. de fidejuss.* sed de ficta quadam & q. stipulatione. Et ibi relatio in acta vicẽ obtinebat stipulationis, ut ait rectè Gœdd. *de stip. c. 5. concl. 5. n. 23.* Et multa conceduntur etiã alias in favorem pupillorũ. Alciat. *ad rubr. de V.O.*

†Opponunt etiam l. 40. §. *1. de pact.* †Verum ibi valet pactum judiciale, non quoad obl. sed quoad probationem, sive potius, quoad cõfessionem. † *Objectio.* † *Responsio.* Quæ responsio Gifanij est, & probatur his verbis, velut confessi. Et Cujac. dedit eandem rationẽ, cur ibi pactum valeat: nim. quoniam eo pacto debitor habetur pro cõfesso. Confessionem a. sequitur condemnatio. *l. 5. de conf. l. 5. de cust. reor. l. 5. C. de re jud.* Cujac. *l. 2. obs. c. 36.* Opponunt etiam *l. 17. de in jus voc.* ubi dicitur, *eum qui.* (Charõd. exist. legendũ, *cum quis*: sed *cũ qui* legũt exemplaria

ria manuſc. excuſa, vetera & nova. Et nihil frequentius apud noſtros, quam ut accuſandi caſum uſurpent, pro caſu nominandi, vel auferendi, ſicut alibi fuit obſervatum. *lib. 1. obſ. c. 2*) *apud acta exhibiturum ſe eſſe quem promiſit, etſi officio non caveat, ad exhibendum tamen cogitur.* Verum ibi vocabulum promiſit, ſtipulationem denotat *l. 7. §. 12. de pact. arg. l. ſancimus. C. de V. S.* In praxi ſane contrarium ſervatur,
30 & ex pollicitatione nuda † in judicio facta naſcitur obligatio. Dan. Moller. *lib. 4. ſem. c. 40.*

QUÆSTIO.

31 *An pactum juratum † producat actionem.*

† 1. Opin. *Affirm.*

† Affirmat Matth. Mattheſil. *ſing.* 36. ubi Joh. Baptiſt. de Caſtellion. plures *in notis* allegat. Calæfat. *in d. §. ſed cum nulla. n. 56. Andr. ab Exeâ in lib. pactor. n. 423.* ubi dicit, hoc procedere, etiamſi non interveniat juramentum, ſed ſolum fides fuerit data.

† 2. Opin. Neg. *quam ſeq. auth.*

† Sed rectius tamen, meo quidem judicio, ſentiunt qui negant. Quâ in ſententia

rentia dicunt esse Romanum *ad l. 1. de V. O.* † Nec enim allata fundamenta probant exceptionem. Stamus igitur meritò regulæ. Et tutiores sunt partes eorum, qui regulis nituntur. † *Ratio.*

† Nec obstat l. si quis major. *41. C. de transact.* † Nam, ut ait Cujacius, pœna tantum statuitur in perjurum: actio tamen ex illo pacto jurato non datur. Nimirum statuitur pœna quadruplex, ut annotavit ibid. Donellus *n. 2.* Est qui dicat, Legem illam esse Rufinianam, à Rufino legum improbo venditore, precio redemtam: sed hoc Hotomanno displicet; & nominat eum nugatorem, qui hoc scripsit. Et ipse etiam existimat, hoc quæri, qua pœna negligens jusjurandum, in pacto vel transactione interpositum afficiatur? † *Objectio.* † *Responsio.* 32.

† Non obstat auth. sacramenta puberum. *C. si advers. vendit.* † Nam loquitur non de pactis nudis, sed de contractibus per se citra juramentum validis. Ait enim juramentum interpositum esse de contractibus non retractandis. Vide Donell. *libr. 21. Com. c. 13.* † *Objectio.* † *Responsio*

† Non obstat *l. 7. de oper. libert.* † Nam in liberto sic specialiter receptum est. Et ratio; quoniam operas jam antea natu- † *Objectio.* † *Responsio.*

 raliter

raliter debebat libertus. *l.18. de condict. indeb. l. 13. de acceptil. l. fin. de liber. caus.* Et possumus argumentum invertere. Nam eo ipso, dum in libertis receptum est, in alijs locum non habet. *l.56. de fidejussor.* Cujac. *in l. 15. quæst. Pauli.* Coras. *ad l. admonendi. de jurejur.*

† *Objectio. 33.* † Non obstat, quod juramenta † sint servanda, *c. cum contingat. extr. de jurejur. c. licet. de jurejur. in 6. c. quamvis. de pact. in 6.* Gail. *l.2. Obs. c.39. n.14.* juxta illud *Ps. 50.* Redde DEO vota tua. Et illud Pythagoræ, σέβου ὅρκον. † Nam omnino debent servari, quæ sine detrimento salutis æternæ servari queunt. Sed aliud tamen est, si dicas, jusjurandum servandum esse; aliud, si dicas, pactum juramento cõfirmari, sic, ut actionem pariat. Nam jusjurandum est personale; Pactum verò, si valet, transit ad heredes, sicut superius annotavimus. Deinde qui jurijurando stare non vult, in eum sunt certæ pœnæ præscriptæ, *d.l. 41. C. de transact.*

† *Responsio.*

† *Objectio.* Sane Nov. Leonis 72. vult, ut talia pacta valeant; † Sed non habet vim legis, ut sæpe diximus. Eleganter hæc tractat Cujac. *ad c.2. extr. de sponsalib.* Anton. de Pedrucc. *in tr. de effectu juram. eff. 7. p. 55.*

† *Responsio*

præser-

præsertim effect.13. pag.78. ubi & pag. seqq. in utramq; partem disputat, & tandem primam opinionem retinet. Tyraquellus *in l. si unquam. in verb.donatione largitus. n. 14. ubi* dicit ex nuda promissione juramento firmata, non oriri efficacem obligationē, vel actionem *l. ut jurisjur. in pr. de oper. lib.* Limitat tamen ibid. si partes ibi invicem mutuo quid promittant, ac juramento confirment. C *de revoc.donat.* Setzer. *lib.2. de jurejur. c.1. n.6.p.269.*

QUÆSTIO.

Utrum iteratum sive geminatum pactum valeat.

Affirmat Matthesilan. *sing. 36.* non sine Dd. autoritatibus. Romul. *de mor. p. 60.* Verba namq; geminata † multum operantur. *l.Balista,& ibi Dd.ad SC.Trebell.l. cum scimus.& ibi Bartol.& Alex. C. de agric. & censit.* Paris. *cons.6.n.12.cons.54.n.67.l.1. cons.12.n.29.l.2.cons.5.n.64.cons.32.n.39.l.4.* Cephal. *cons. 126.n.18.* Gravett. *cons. 105.n.4.* Laur.Sylvan. *cons.45.n.19.* & ostendunt enixam & latissimam voluntatem disponentis. Bald. *in c. eā. extr. de res.* Curt.Sen. *cons.*

1. Opinio. Affirm. 34.

conſ.52. & conſ.63. Anton. Corſet. *in tr. de verb. gemin.* & deliberatam & appenſatã. Paris. *conſ.89.n.23.* Gravett. *d. conſ.105. & conſ. 201.* Caſtrenſ. *conſ. 115. lib. 1.* mentisquè perſeverantiam. *l. un. C. de plus petit.* & tollunt ſuſpicionem deceptionis. *l. ſi mulier. C. ad SC. Vellejan.* & ampliant effectum diſpoſitionis. *l. fructus. C. de action. emti.* Ruin. *conſ.98. n.12. lib. 2.* Eberhard. *in loc. Legal. â locat gemin. &c.* Cynus & alij *in l. 1. de V. O.* Jaſon. *in l. jurig. §. ſed cum nuda. n.16. de pact.* Actus enim geminatus majoris, quam unicus; tertiò vero aut quartò repetitus majoris rurſ9 quam geminatus efficaciæ fit. Rol. â Valle *conſ.2. n. 21. vol.1. & conſ.100. n. 63. & 65.* Decian. *conſ.1. n.204.* Pruckman. *conſ.8. n. 27.* Borcholdt. *conſ.6. pag. 65.* ubi plurimos allegat. Quodq; materia geminationis ſit brocardica, *id eſt*, modo multæ virtutis, modò nullius efficaciæ, tradit Pruckm. *conſ.8. n. 26. & ſeqq.*

† 2. Opin. Negat. Calæſ. & Auth *† Ratio.* 35.

† Negant Calæfatus *in l. 7. §. 4. n. 45.* & alij: quorum ſententiam iterum veriorem eſſe judicamus. † Si non per l. 14. C. *de pact. & l. ſi veritas. C. de fideicommiſſ.* attamen adhuc, quoniam habemus pro nobis regulam † communem; atq; potieſt eſt, ut in dubio negativam amplectamur:

mur; Et quoniam fundamenta, quibus contrarium sentientes, nituntur, sunt arenosa. † Opponunt enim l. fin. *C. ad L. Falcid.* ubi firmum haberi jubetur, si quis cautionem super integra legatorum solutione fecerit. At, inquiunt, cautionis verbo nuda promissio significatur *l. sancimus.3. C. de V. & R. S.* † Sed Respondeo 1. *In d. l. fin.* cautio sumitur pro homologia, sive confessione, sive pro tabulis, in quibus contractum negocium scriptum est: sicut accipitur in l. 25. *in pr. de probat. in l. lecta. de reb. cred. in l. 20. in fin. de don. in l. pen. §. fin. ad L. Falcid.* & alibi sæpe, etiam apud Cicer. *in 3. Verrin. ibi: in cautione viderunt.* Etiam apud Senec. *lib. 7. de benefic. c. 10, ibi: Video istic diplomata & Syngraphas, & cautiones.* 2. Quod dicitur *in l. 3. C. de V. S.* cautionis † nomine nudam promissionem significari; per nudam promissionem, non intelliges nudum pactum: sed eam promissionem, quæ est principalis, & non indiget fidejussore. Et igitur, si quis cavere tenetur, regulariter non est opus, ut det fidejussorem; sed potest alio modo cavere, puta per pignora. Nec tamen illa regula semper est perpetua: Verum fallit in cautionibus prætorijs. *l. 7. de Prætor. stipul.* & alijs multis

† Objectio.

† Responsio.

36

multis modis, ut videre est apud Nobiliss. Gothofredũ *in d.l.3.* & apud Barthol. Socinum *in fallent. regul.num.36.*

† *Objectio.* Non obstat, quod geminatum pactum inducat constitutum; Ex constituto vero possit agi, etiamsi naturalis obligatio praecesserit *l.1.§.debitum.& t.t. de cõstit.pecun. §. de constituta. Inst. de act.* † Respondet Calaefatus, constitutum esse cõtractum nominatum. † Mallem dixisset, esse pactum legitimum; & actionem ideo parere, quod Praetorum edictis sit cõfirmatum. Deinde inter constitutum & geminatum pactum, ingens est differitas. Magis enim certe est, constituere, quam promittere *l.2. C. de constit.pec.*

† Responsio Calaef.

† Resp.auth

† *Objectio.* † Opponunt, quod extrajudicialis confessio geminata, pariat actionem. † Sed hoc negandum est. Ad faciliorem enim probationem fortassis aliquid faciat geminata confessio; sed nihil ad producendam actionem. *arg.l.26.§.fin. Depos.*

† Responsio.

Objectio. Addunt etiam illud, quod reiterans videatur deliberatò fecisse. Sed nec hoc urget. Nam si voluisset omnino deliberatò promittere, promisisset non pacto, sed stipulatione. Stipulationes enim firmandarum obligationum caussâ sunt inventae, *pr. Inst. de V. O.*

Responsio.

Quae-

QUÆSTIO.

Utrum valeat tacitum pactum?

Ita volunt aliqui per l. solutum. §. *solutam. de pign. act. l. item quæritur. §. qui impleto. Locati l. si tamen ei. de ædil. edict.* cum similibus multis textibus. † Sed hic opus est, lector, limatulo & polito tuo judicio. Et reperies, textus loqui partim de tacitis, innominatisve contractibus: partim etiam non de actione, sed de exceptione. Quod animadvertit etiam Andreas ab Exea *in libr. pact. n. 646.*

† *Af. Opin.*

Ref.

QUÆSTIO.

Utrum valeat pactum mercatorum?

Affirmant *per l. Quintus. 48. in pr. l. si fidejussor. §. quædam. Mandati.* nim. quoniam in curia Mercatorũ † judic. debet ex æquo & bono; & nõ distingui inter pactũ nudum & stipulationem; Calæf. *in d. §. nulla. n. 32.* † Sed uterq; textus loq. de mandato non de nudo

Opin. Affi. 37.

† *Ref.*

Ref. de nudo pacto. Et rectè respondent, caussas mercatorum ex æquo & bono non esse disceptandas, quod id genus hominum in conventionibus plerumq; sit callidissimum. Et posito, disceptandas esse; non tamen sequeretur, pacta eorum nuda parere actionem, ut ait recte Gifanius.

Sane, si statutum alicubi sit, ut nuda pacta mercatorum pariant actionem; Calæfati tradita verissima judicaverim. Sed & communius receptum, in foro mercatorum, nullam esse differentiam inter pactum nudum & inter stipulationem. Menoch. *lib. 3. præs. 139. n. 56.* Vide Ayrer. *in process. Hist. p. 260.*

Quæstio. 38. Deniq; dicunt Principes † naturali vinculo non aliter teneri; quam ut civilis obligatio vincit privatos. Et allegant Aristotelis, Isocratis reliquorumq; cōmonefactiones, Principibus studiosis datas. Et dicunt, inter nobiles oriri actionem ex pacto; item ex pacto Judæorum, etiam in terris Imperij. Et adducit nostræ regulæ sexaginta septem exceptiones, sive limitationes Andreas ab Exeâ; Quarum pleræq; non authoritate juris, sed gl. & Dd. nituntur. Et cum non fundamenta feliciter jacta sint, annon, quic-

quid

quid superstructum erit, facile corruet? Nec igitur in ijs resecandis amplius laborabimus, memores nimirum istius, quod Duarenus conqueritur, se aliquando integrum annum consumpsisse in definitione judicij explicanda cum aliquot divisionibus: tandem coactum, istis nugis valedicere.

II. PARS
MEMBRI I.
De Pactis nudis adjectis contractibus.

SIcut in toto jure, & omni alia arte, ferè nulla regula tam firma est, quin patiatur nonnunquam exceptionem; In toto namq; jure generi, id est, generali constitutioni, per speciem. *i. e.* specialem constitutionem derogatur. *l. 80. de* R. I. *c. generi. de* R. I. *in 6.*: Ita videmus in hoc quoq; loco fieri. Supra namq; præcedenti parte dictum fuit, nudam pactionem obligationem non parere, sed tantum exceptionem. Hoc in loco jam ejus exceptio subijcienda; Nisi fortassis dicere malis cum Donello, hæc pacta jam non

nuda esse, ut ex superiore regula debuerint excipi; sed pertinere ad eas conventiones, quæ actionem pariunt, de quo ille *in l. 10. n. 19. & in l. in bonæ fidei. C. h. t.*

Decisio. 39 Utut, sive sit hæc exceptio, sive regula, talis est: *Nuda pactio bonæ fidei contractibus adjecta* † *parit actionem. l. 7. §. quin imò. h. t. l. 13. C. eod. l. 2. & 3. C. de pact. int. empt. & vendit.* Atq; hoc dubio ferè caret.

† Objectio. † Responsio. † Objiciunt equidem l. 7. *de sent. exportand.* † Verùm respondendum est, meritò ex illo pacto, ut servus exportetur, nullam actionem dari *l. 6. in fin. d. pr. l. 7.* cum tamen aliàs detur actio ex pacto nē servus exportetur *d. l. in fin.* Ratio; quoniam pactum, ne servus exportetur, humanum est & beneficum; alterum verò, ut servus exportetur, durum: cum pœnam & vindictam contineat. In summa dicendum est, singulariter receptum esse *in l. 7. de serv. export.* propter asperitatem & inhumanitatem pacti. Convênit enim omnimodò, favorabilia extendi, odiosa restringi. Atq; hanc solutionē, Cujacij, & Gifanij malo retinere, quam cum eodem Cujacio dicere. Papinianum variasse: de quo is multa *l. 2. obs. c. 37. & in l. 10. quæst. Papiniani.* Alij respondent, summo jure actionem hoc casu non dari: dari tamen ex æquitate. †Op-

† Opponunt etiam l. 10. *cum seqq. de relig. & sumpt. fun.* †. Verum eadem ibi quoq; subest ratio; quia valde durum est illud pactum, quod adijcitur: *ne in locum monumenti inferrentur, quos jus est inferri*; quemadmodum legitur Florentiæ. Venetus liber: *quos sibi jus est inferri.* Sed eodem sensu. MStus: *ne in eum inferantur: quo sibi jus est inferri.* Atq; sic alia exemplaria legere testatur etiam Charondas. Sed exemplaria constabunt, si pro *quo sibi* legamus, *quos ibi* Cæterum Cujac. dicit, *hanc & l. pen. de pact.* esse abrogatam. De quo plura dabimus *ad d. l. pen. de pact.* Constat ergo, pacta subjecta bonę fidei contractibus, in continenti obl. efficacem & actionem parere. Videamus jam, † Quamnam actionē pariant; *an præscriptis verbis; an eam, quæ datur ex contractu principali, cui fuerunt subjecta?* Et hæc quæstio, vel olim inter Sabinianos & Proculianos, & deinceps inter Ultromontanos, & Citramontanos, mirè fuit agitata: mansitq; cōtroversia vel in hunc diem. † Nam actionem præscriptis verbis cōpetere statuit Fach. Franc. Duaren. & alios secutus *l. 2. Contr. c. 98.* † Cōtrà principalem actionem velut, si emtioni adijciatur pactum, actionem emti, dandā esse, respōderunt alij pleriq;:

† *Objectio.*
† *Responsio.*
Q.
† *I. Opinio.*
† *II. Opinio.*

*Connan.l.5.com.c.2.*Alciat. *l.5.par.1.*Costal. *in l 1.h.t.*Don.*in tr.de præs.verb.c.2.*Hotom. *in cõm.de præscr.verb.pag.179.& l.6.Obs.c.14.* Cujac. *ad l.7.h.t.* Borcholdt. *c. fin. de pact.* Bron. *cent.1. assert.27.* Et hanc sententiam nos etiam secuti sumus *p.2. tr.Inst.disp. 6 th.1.* † Et est ita, † Fuit olim inter Proculianos & Sabinianos hac de re dissẽsio. Proculiani dabant actionem ex præscriptis verbis. *l. si vir uxori. de præscr.verb.* ubi hoc inscriptio docet. Sabiniani dabant actionem ex contractu.*l.6 de rescind.vend. ibi: ut Sabinus putat.* Sabinianorum autem sententiam Imperatores sunt amplexi, *l. si fundus.4. de lege commiss. ibi: sed jam decisa est quæstio, ex vendito actionem competere: ut rescriptis Impp. Antonini & D. Severi declaratur, & l. Imperator.de in diem addict. ibi: & credo sensisse Principem de emtivenditi actionem.* Qui locus monet, *ut in l.4.de lege commiss.* intelligam, non septimum Severum, & Bassianum Antoninum, qui simul regnaverunt: sed Antoninum Alagabalum & Aurelium Severum Alexandrum. Nam *in l.16. de in diem addict.* Imp. Severus, solus nominatur. Et *in l.4.de leg. Commiss.* Ulpianus non dicit, *Imperatorum; sed Imperatoris.* Et dicit rescriptis, ut pleriq; libri legunt: atq; *Imp. Antonij & Divi*

Hanc autor probat. 1. Ratio.

Divi Severi. Et recte præponit Antoninum Alagab. Alexandro Severo: quoniam etiam antecessit in regno. Et recte quoq; dixit *jam;* quoniam ipse & Paulus & alij quidam sub Alexandro Severo vixerunt. Primum igitur Antoninus; deinde Alexander etiam Sabinianorum sententiam comprobavit; nimirum ut ex principali contractu cõpeteret actio.

Et sunt etiam rationes elegantes, quæ dubio procul Impp. commoverunt. † Pacta namq; adjecta contractibus, si † *2. Ratio.*
non pars sunt ejus contractus, cui adjiciuntur; magnam tamen cum eo confinitatem habent. † Deinceps actio præscri- † *3. Ratio.*
ptis verbis tum demum competit, cum deficiunt vulgaria actionum nomina. Atq; in actionem præscriptis † verbis 41.
tum demum necesse est confugere, quoties contractus existunt, quorum appellationes nullæ jure civili sunt proditæ, *l. 2. l. 3. l. 21. de præscr. verb.* † Tum non opus † *4. Ratio.*
est, nominatis contractibus hanc actionem adjungere, cum illi ex se & nomine suo pariant actionem. † Item subsidiari- † *5. Ratio.*
um remedium cessat, ubi datur ordinarium. Sed hic datur ordinarium ex contractu: Cessabit igitur subsidiarium.

† Fachineus doctissimus vir existi- † *Inst. Fach.*

 mat,

mat, nullâ lege probari posse, quod sit extraordinarium remedium. † Sed per inductionem facile probabo. Nam *in l.* 14. † *de precar.* dicit Paulus, interdictum de precarijs meritò introductum esse, quia nulla eo nomine juris civilis actio esset. At Ulpianus *in l. 2. §. 2. de precar.* dicit, cum quid precariò rogatum est; non solum hoc interdicto uti possumus: sed etiam præscriptis verbis actione.

† Refut.

Explic. l. 14. De precar.

Et tamen actio præscriptis verbis nominatur civilis hinc inde *l. 15. de præscript. verb. l. 7. §. 2. de pact. l. rebus. C. de rer. permut. l. 33. C. de transact.* Quæ ut conciliem *l. 14. de precar.* intelligam de directa civili, quæ ipsis verbis juris civilis sit prodita; Et talis non est actio præscriptis verbis. Nec tamen est Prætoria; sed omnino civilis, verùm utilis. Et utilis dicitur *in l. 6. C. de transact.* Atq; ita docet Donellus *l. 14. Com. c. 34. & in tr. de præscr. verb. c. 21. & duob. seqq.* Cujac. *in l. 7. h. t.* Jam si actio præscriptis verbis est utilis; est utiq; subsidiaria. Dantur enim utiles

43 † regulariter, deficientibus directis. *l. 4. §. si communem. fin. regund. l. 7. §. si duo. Com. divid. l. 8. §. si convenerit. ad Vellejan. l. 1. §. 15. de exerc. l. 9. l. 13. de O. & A. l. 18. §. 1. de judic.*

Et

Et jam ex his strictius sic argumentabor. Utiles actiones, deficientibus directis, dantur. Sed hic non deficiunt directæ ex quoq; contractu. Non dabuntur igitur utiles. At actio præscriptis verbis est utilis. Non dabitur igitur actio præscriptis verbis. † Et in hanc rem sunt etiam textus *in l. 72. l. 75. l. 79. de contrah. emt.* Ubi pacta emtioni adjecta pariunt actionem ex emto & vendito. Item *in l. 6. §. 1. l. 11. de act. emti. l. 5. §. 1. l. 12. §. 1. deposit. &c.* † *6. Ratio.*

† Neq; tamen sunt, lector, nulla fundamenta, quibus utuntur adversarij. Nam allegant unam legem ipsiusmet Alexandri, & itidem unam Pauli; atq; aliam Ulpiani, & unam Maximi, & duas Diocletiani & Maximiani. Qui omnes Imperatores, JCtiq;, post illam approbationem Sabinianæ sententiæ contrarium statuisse videntur. † Allegant etiam l. Proculi, quæ est *l. si vir. 12. de præscript. verb.* † Sed eam, ut antiquitus desertam, relinquamus. Ad alia tamen respondendum est. † Et primo quidem, opponitur l. 2. *C. de pact. int. emt.* quæ est Alexandri. † *Fund. dissent.* † *Objectio.* † *Responsio.* † *Objectio. l. 2. C. de pact. inter emt.*

Et variæ sunt ad eam solutiones; quas, quoniā varietas † interdū delectat, subjiciamus.

†1. Opinio. ciamus. † Borcholdt *in d. c. fin. de pact. n.55.* existimat, particulam *vel* hîc esse correctivam. Quæ sententia videtur consentanea l. 16. *de in diem addict.* Et est aliàs sæpè

45. † particula *vel* in jure correctoria, *l. is qui commodatum. 13. §. si libero homini. 2. ff. commodat. l. bona fides. de noxal. act.* licet ex naturâ suâ disjungat. Forster. *libr. 1. de*

†2. Opinio. *success. c. 9.* † Hotomannus ideo actionem præscriptis verbis dari censet, quia in casu *d. l. 2.* tum non quasi emtio spectatur, sed quasi ob caussam datum, nimirum, quasi do, ut facias. Vendo tibi, ut si displicuerit, restituas. Hotom. *in d. conject.*

†3. Opinio. *de præscript. verb. pag. 179.* † Donellus *in d. c. 2. de præscript. verb.* respondet, olim in eo casu saltem actionem præscriptis verbis competiisse; postea dubitari cæpisse, an hoc pactum spectaret ad contrahendam, an ad rescindendam venditionem. Tandem obtinuisse, hoc pactum de parte contractus esse, & sic actionem ex vendito producere. *arg. l. & Celsus. §. 1. de contr. empt. l. si sterilis. §. liber. de act. empt. &c.* relictam tamen, & priorem actionem ex præscriptis verbis; nimirum quod semel

†4. Opinio. inducta fuerit. † Bronchorst. *de assert. 27.* ideo censet actionem præscriptis verbis dari, quod id pactum *in l. 2.* adjectum sit

magis

magis distrahendæ quàm contrahendæ venditionis. † Doctus vir quidam *in l. 5. de præscript. verb. th.* 3. putat *in h. l.* & de emptione, & de contractu innominato conjunctim agi. Quæ est eadem cum Hotomanni conjectura; mihique valde probatur, propter contractuum confinitatem, *l. 16. l. 18. §. fin. l. 22. de præscript. verb.* † **5. Opinio.**

† Opponunt præterea l. 6. *de rescind. vendit.* quæ est Pauli. † Cujacius *in libr. 9. Pauli ad Edict. pag. 143.* putat particulam *aut* esse correctoriam. † Alij respondent, ibi de emtione & contractu innominato agi. Contractus enim innominati, cum nominatis quoad actionum diversitatem, sæpè conferuntur tacitè. *l. 5. §. nunc videndum, Commod. l. 23. commun. div. l. 50. de contrah. empt.* Et sæpe conventio duas quasi caussas habet. Adde Alciat. *libr. 5. parad. c. 1.* † **Objectio.** † **1. Opinio.** † **2. Opinio.**

† Opponunt etiam Ulpiani l. 50. *de contrah. empt.* † Sed sæpe conventio dupliciter considerari potest: nonnunquã ut emtio; & tum competit actio emti: nonnunquam ut ob caussam datum; & tum competit actio præscriptis verbis. Hotomannus *in d. conj. de præscr. verb. pag. 179.* † **Objectio.** † **Responsio.**

† *Objectio.* † Opponunt iterum l. 13. C. *de pact. ibi: ita demum ex pacto actio competit; si in continenti fiat.* Ergo, inquit, doctus vir, cum certum nomen non habeat, præ-
† *Responsio.* scriptis verbis appellabitur. † Malè. Nam ibi non est quæstio; quænam actio competat: sed utrum actio competat. † Obij-
† *Objectio.* ciunt item l. 6. C. *de rer. permut.* † Sed re-
† *Responsio.* spondeas, ibi distractum, nō contractum fuisse; aut fuisse certè contractum innominatum, quod & actio satis evincit, & rubrica, sub qua Lex est posita.

† *Objectio.* † Obstat etiam l. 9. C. *de donat.* † Ve-
† *Responsio.* rum, ut alibi monstravimus, ideo ex donatione datur nonnunquam actio præscriptis verbis; quoniam donatio nonnunquam celebratur per contractum innominatum. *l. fin. C. de rer. permut.*

Sed quoniam dicitur, pacta bonæ fidei contractibus in continenti adjecta, parere actionem, hinc controversia suborta est, quid de stricti juris contractibus sit habendum.

QUÆSTIO.

An pacta stricti juris contractibus in continenti subjecta, pariant actionem?

Hæc

HAc de re non immerito dubitatum fuit. Nam est utiq; diversissima natura bonæ fidei contractuum & strictorum. At videmus toto die tribui bonæ fidei judicijs, quod pacta illis in continenti adjecta pariant actionem. † Et hinc etiam Neoterici pleriq; post veteres Bald. Socin. Decium, Curtium, Porcium &c. negarunt. Alciat. *ad l.1. C. de pact.* Hotomannus *Ill. quæst. 25. & ad l. lecta. de reb. cred. & lib. 7. Obs. 15. & lib. 1. Amic. Resp. 31. & ad l.10. & 13. C. de pact.* quamvis hic sæpe fluctuet; & videatur contrariæ sententiæ subscribere Donellus ibid. Cujac. *in l. 7. §. quin imò. h. t. & libr. 10. Obs. c. 24. & in l. 115. de V. O. & in tract. 8. ad African. in explic. l. 24. de præscript. verb.* Borcholdt. *de pact. c. 6. n. 53. & seqq.* Wesembec. *in parat. de pact. n. 9.* Bronchorst. *cent. 1. assert. 23.* Hi pleriq; existimant pactum inesse tantum ex parte rei: vel si in sit ex parte actoris, inesse tantum, quoad minuendum obligationem, non etiam quoad augendum. Ita hi omnes; mirè tamen iterum variantes.

† 1. Opinio.

† Sed alij tamen contrà docuerunt, nimirum pacta, in cõtinenti strictis contractibus

† 2. Opinio quam sequitur Aut.

tractibus adjecta, parere actionem. Cont. *lib.1. disp. c. fin. in fin.* Connan. *libr. 5. Com. c.2.* Duaren. *in d. l. 7. §. quin imo.* Zasius *in l. lecta. de reb. cred. n.34.* Eamq; præ alijs accuratè, sicut omnia sua, defendit Gœddeus *de contrah. stip. c. 8. concl. 2.* Et huic tandem calculum adjecit etiam Fachineus *lib.2. Controv. c. 99.* & consentit item Philipp. Matth. *in l. 27. de R. I.* Quæ sententia nobis in puncto juris videtur esse

† *1. Ratio.* verissima † *1. per l. 4. §. fin. de pact.* ubi conditio sive pactum debet inesse stipulationi tacitæ, non secus atq; si hoc expressum fuisset.

† *Inst.* † Dicunt quidam, inesse ex parte
† *Ref.* rei. † Sed hi pervertunt juris ordinem, ut ait Contius *1. disp. c. fin.* Nam quando reum saltem adjuvat pactum per exceptionem, tum per se extra contractum sumitur & consideratur; & tum non po-
47. test inesse. Inesse † namq; dicuntur, quæ ita conjuncta sunt ipsis contractibus, ut cum ipsis sint in unam naturam confusa. Et deinde, si expressa fuisset conditio in stipulatione, inesset certè ex parte actoris. Atqui Paulus dicit, non aliter inesse stipulationem, atq; si hoc expressum fuisset. Dicent inesse saltem quoad detrahendum, quippe quod impediat actionis exer-

exercitium. Sed alio respectu hæc condicio auget stipulationem, quatenus nimirum, in solutione pensionis cessatum fuerit. Vide Gœdd. *d.c.8.n.52.* † 2. per l.13. *Commun. præd.* ubi personæ possidentium obligantur per legem, id est, pactum stipulationis, vel venditionis, nimirum, si vendiderit sive promiserit fundum, & legem sive condicionem subjecerit. Borcholdt. *p.679.* Si obligantur, competit adversus ipsos actio. At obligantur per pactum stipulationis. Pactum igitur illud stipulationis pariet actionem. † 3. *Per l. lecta. de reb. cred.* ubi pactum in continenti stipulationi subjectum, ei inesse dicitur, etiam quantum ad actionem. At si inest stipulationi; est etiam ejus pars, ut ait rectè Fachineus. † 4. *per l.1. §. cum adjicitur. de V.O. l.3. de reb. cred.* ubi cum adjicit aliquid, vel detrahit pactum obligationi, vel quoad summam & speciem; semper probandum est, viciatam esse obligationem; nisi stipulatori diversitas responsionis illico placuerit. Tunc enim alia stipulatio contracta esse videtur. † 5. *per l.52. l.134. §. idem respondit. & l.135. in pr. & §. Seja. de V.O.* † 6. *per l. petens. 27. C. de pact.* † 7. Quoniam mutuo pacta possunt adjici; & adjecta pariunt actionem *l.7. l. vinum.*

† 2. *Ratio.*

† 3. *Ratio.*

† 4. *Ratio.*

† 5. *Ratio.*

† 6. *Ratio.*

† 7. *Ratio.*

vinum. l. non omnes. de reb. cred. l. si ea pactione. C. de usur. At mutuum est stricti juris, *arg.* §. *28. Inst. de act.* Vide Bocer. *in d. l. 23. de R. I. c. 2. n. 1. & 3.*

† *Objectio.* † Opponunt *l. 5. C. de pact. int. emt. & vendit. l. in bonæfidei. C. de pact. cum similibus* in quibus omnibus de bonęfidei contractibus asseritur, pacta ijs adjecta parere actionem. Aliud igitur erit in strictis contractibus.

† *Responsio.* † Verum unius inclusio, non est † protinus alterius exclusio. Et

47 quod in illis locis de bonæfidei contractibus asseritur; in l. lecta. *de reb. credit.* ad stricti juris contractus accommodatur. Et bonæfidei judicia saltem exempli loco ponuntur. Eadem etiam solutio est *ad l. 7. §. quin imò. de pact.* Nam ibi quoq; bonæ fidei contractus exempli loco nominantur; quod contextus monstrat; & particula UT, quæ est etiam paris sive exempli. Goclen. *p. 2. probl. log. 43.* Exempla vero non restringunt regulam, ut habet tralaticium vobis notum. Vide omnino Gœd. *d. c. 8. de contr. stipul. n. 76.*

† *Objectio.* † Obijciunt etiam l. 3. *ff. de rescind. vend.*

† *Responsio & explicatio l. 3. de rescind. vend.* † Verum committitur fallacia diversi status, & à non caussà ut caussa. In illa namq; lege non † agitur de hac nostra quæstione, sed de tali, utrum pactum ex

48 post-

postfacto additū, ut res empta, sit inempta, resolvens actionem, resolvat etiam stipulationem, emptioni venditioni subjectam? Respondetur, quod non. Ratio dubitandi; Quoniam sublato principali, corruit accessorium, *l. cum principale. de R. I.* Ratio decidendi, quod unumquodq; dissolvatur eodem modo, quo colligatum est. Stipulatio igitur verbis contracta, non potest rescindi consensu. Cum tamen æquum sit principali sublato, liberari fidejussorem, dabitur exceptio doli. Gœddeus *in d. c. 8. n. 79.*

† Opponunt etiam l. 17. *h. t.* ubi, si tibi decem dem, & paciscar, ut viginti mihi debeantur, non nascitur obligatio ultra decem; nimirum quoniam mutuum est strictus contractus; iccirco pactū ei adjectum non proficiet ad obligationem. † Verùm committitur iterum fallacia à non caussa ut caussa. Quod enim in ejus legis casu non nascitur obligatio ultra decem, non ea caussa est, quod pactum hoc adijciatur contractui stricti juris, sed quod sit contra naturam mutui. Mutuum enim debet esse gratuitum. Gœdd. *in d. c. 8. de contrah. stipul. n. 84.* Quid n. si mutuo pactum adijceretur, ut minus petatur? Valet pactum *l. 11. §. si cert. pet.* † *Objectio.* † *Responsio.*

† Obij-

† Objectio. † Obijciunt etiam l. si tibi. *de reb. cred.*
† Responsio. † Verum pacta, quæ subvertunt jura contractuum, ipso jure non valent. Atq; ea potius est ratio, quàm quod mutuum sit stricti juris. Aliàs enim licet adijcere pactum mutuo, si modo contractus natura non adversetur, sicut supra probavimus, *per l. ea pactione. de usur. l. vinum. l. 7. cum seqq. l. non omnes, de reb. cred.*

† Objectio. † Argumentantur ulterius ex natura strictorum contractuum, quæ ea est, ut quod non sit dictum, non sit etiam supplendum, idq; probare volunt per l. *99. de V. O.* † Verum in eo textu agitur † de
† Responsio. 49. interpretanda stipulatione obscurà, ambiguà, dubià. Qua in re commune est contractibus tam bonæ fidei, quam strictis, ut qua de re non specialiter conventum sit, id ne venisse quidem dici possit in contractum. *l. 21. de contrahen. empt. l. semper in stipulationibus. de* R. I. Etsi verò Judicis officium latius possit versari, si ex bona fide agatur, quam in strictis judicijs: à differentia tamen interpretationis faciendæ officio Judicis, ad pacti adjectionem nō valet argumentatio. Dicuntur enim strictiores contractus propter officium Judicis. † Objiciunt eti-
† Objectio. am l. Titius. *de præscript. verb.* ubi pecuniæ

niæ creditæ usuras, nisi in stipulationem deductas, non deberi dicitur. † Verum hoc ideo, non quod mutuum sit stricti juris; Alias enim ne ex stipulatione quidem deberentur, cum etiam stipulatio sit stricti juris: sed quoniam adversantur naturæ mutui, quod debet esse gratuitum. Unde etiam distinguitur mutuum à fœnore *in l. 71. §. fin. de fidejussor.* Constat igitur, etiam in hoc casu committi fallaciam secundum non caussam ut caussam. † Opponunt octavo, quod bonæ fidei & stricti juris contractus differant natura sua. E. in hoc quoq; differunt. † Resp. Non sequitur. Nec enim, quæ differunt inhærentia essentiali, continuo differunt inhærentia accidentali. † Obijciunt nono: Actiones stricti juris non extenduntur. *l. 5. in fin. & l. seq. de in lit. jur. l. 99. de V. O.* At vero formare, & informare, nihil aliud est, quam extendere. †. Resp. Allegati textus nihil probant. Deinde formare, est parere. † *Responsio.* † *Objectio.* † *Responsio.* † *Objectio.* † *Responsio.*

† Obijciunt decimo: Jura publica pactis non mutantur, *l. jus publicum. h. t.* Strictorum vero contractuum certe formæ sunt jure publico inditæ. E. Pactis non mutabuntur. † Resp. Pactum nihil mutat in contractu principali, sed aliquid adijcit, † *Objectio.* † *Responsio.*

† *Objectio.* adjicit, ut inhæreat. † Obijciunt iterum, quod bonæ fidei contractus solo consensu perficiantur, non etiam contractus stricti juris, in quibus interventus rei, vel verborum, vel scripturæ requiritur. † *Responsio.* Respond. Etiam commodatum est contractus bonæ fidei, & depositum, & pignus, *§. item is cui. 2. & 3. & fin. Inst. Quib. mod. re contr. obl.* & præter consensum, rei interventum desiderant: nihilominus tamen pactum in continenti ijs adjectum, etiam à parte actoris inesse constat l. 31. *locati*. Et hæc de hac quæstione. Reliqua videas apud Gœddeum *in d. c. 8.* Cæterum pacta ex intervallo contractibus apposita, insunt tantum ex parte rei; nisi forte re integra convenerit de eo, quod ad substantiam contractus pertineat, *l. 7. §. 6. h. t. l. 72. de contrah. emt.* & ibi Cujac. Vide Cont. *l. 1. disp. 6. fin.* & Hotom. *d. ill. quæst. 25.*

II. MEMBRUM.

De Pactis nudis legitimis.

PActa legitima, licet sint nuda, nihilominus actionem pariunt *l. 6. ff. de pact.*

Vide

Vide *supr.c.4.* & adde, quæ dicit hinc inde Bocerus *in l.contractus. de* R.I.

III. MEMBRUM.

De Pactis non nudis sive contractibus.

ET pacta, quæ non nuda sunt, sed caussam habent, semper pariunt actionem, sive nominata sint, sive innominata; sive vera, ac propria, sive impropria, *l. 7.h.t.l. 14. de præscript. verb. l.10.l.20. C.de pact.&c.* At quam actionem inquies? Resp. Contractus nominati, actionem † nomini suo conformem: Contractus innominati actionem præscriptis verbis; uti videre licebit in quibuslibet contractuum speciebus; & recensuimus, si non omnes, plærasq; certè, *part. 2. tract. Inst. disput. 5.& 6.* 50.

IV. MEMBRUM.

De Pactis in rem & in personam.

† *Objectio.* adijcit, ut inhæreat. † Obijciunt iterum, quod bonæ fidei contractus solo consensu perficiantur, non etiam contractus stricti juris, in quibus interventus rei, vel verborum, vel scripturæ requiritur. † *Responsio.* Respond. Etiam commodatum est contractus bonæ fidei, & depositum, & pignus, *§. item is cui. 2. & 3. & fin. Inst. Quib. mod. re contr. obl.* & præter consensum, rei interventum desiderant: nihilominus tamen pactum in continenti ijs adjectum, etiam à parte actoris inesse constat l. 31. *locati.* Et hæc de hac quæstione. Reliqua videas apud Gœddeum *in d. c. 8.* Cæterum pacta ex intervallo contractibus apposita, insunt tantum ex parte rei; nisi forte re integra convenerit de eo, quod ad substantiam contractus pertineat, *l. 7. §. 6. h. t. l. 72. de contrah. emt.* & ibi Cujac. Vide Cont. *l. 1. disp. c. fin.* & Hotom. *d. ill. quæst. 25.*

II. MEMBRUM.

De Pactis nudis legitimis.

PActa legitima, licet sint nuda, nihilominus actionem pariunt *l. 6. ff. de pact.* Vide

Vide *supr.c.4.* & adde, quæ dicit hinc inde Bocerus *in l.contractus. de* R.I.

III. MEMBRUM.

De Pactis non nudis sive contractibus.

ET pacta, quæ non nuda sunt, sed caussam habent, semper pariunt actionem, sive nominata sint, sive innominata; sive vera, ac propria, sive impropria, *l. 7.h.t.l. 14. de præscript. verb. l.10.l.20. C.de pact.&c.* At quam actionem inquies? Resp. Contractus nominati, actionem nomini suo conformem: Contractus innominati actionem præscriptis verbis; 50. uti videre licebit in quibuslibet contractuum speciebus; & recensuimus, si non omnes, plærasq; certè, *part. 2. tract. Inst. disput. 5.& 6.*

IV. MEMBRUM.

De Pactis in rem & in personam.

PErsonalia pacta personam paciscentis non egrediuntur; adeò, ut ne quidem heredibus prosint: nisi cum venditore sint inita. *l.17.* §.5. & ibi Cujac. *h.t.l. 21. in pr. h.t.l. 8.* §.*fin. de peric. & commod. rei vend.* Vide A. Fabr. *ad l. 25. de pact.* Jason. *in l. debitorum. n.*8. & ibi Alciat. *n.13. in l.14. C. de pact. per l.2. C. de pactis, l. cum ab uno. de legat. 2. l. sæpe. de re judic.*

† *Objectio.* † Non obstat l. 9. §. *fin. de probat.* †

† *Responsio.* Nam illa saltem hoc dicit, in dubio præsumi pactum reale, *l. 13. C. de contrah. stipul.* Sicut *supra* diximus.

Pacta vero in rem omnibus prosunt, quorum interest. *l. 21.* §. *fin. h. t.* Atq; censent aliqui, etiam personale debitoris pactum, ex novissima Justiniani constitu-

51. tione † fidejussori prodesse. *arg. Nov. 4. c. 1. Auth. præsente. C. de fidejussor.* Cujac. *in d.* §. *fin. l. 21. h. t.* Borcholdt. *de pact. c. 2. n. 4.* Obligationes sanè transeunt ad heredes. *l. pro hereditariis. C. de hered. act. l.13. C. de contrah. & comm. stipul.* Bartol. *in l. si quis pro eo. de fidejuss.* Neguzant. *de pignoribus, p. 4. princ. n.4.* Coras. *in l. qui liberos. n. 100. de ritu nupt. & in l. soluto. n. 28. solut. matrim.* Et est regula, quod omnia pacta, tam active quam passive transeant in heredes, etiamsi de illis nulla mentio facta fuerit.

l. si pactum. de probat. Tyraquell. *de retract. p.2.§.1. gl. 6.n.1.* Moller. *p.2. Constitut. Elect. 32.n.36.* Menoch. *lib.3. præsumpt.47.per tot.* De eo sane constat, quod pacta non extenduntur ad alias personas aut res, quam quæ in ijs continentur. Schurff. *cons. 62. & cons. 12.n.7. & cons.7.n.8. cent. 3.*

V. MEMBRUM.

Continens alium pactorum effectum.

EST & hic effectus nudorum pactorum, quod † obligationem tollant, regulariter quidem ope exceptionis, *d.l.7.§.4. l.17.§.2. l.27.§.h.t.* : nonnunquam ipso jure. *l. 6. h.t. d. l. 7. §.6. l.40. de reb. cred.* nimirum, si prius pactum non ad obligationem civilem pertineat. Qua de re dicemus *in l.27. §. pactus. h. t.* Vide Hotom. *in disp. de pact. n. 35. & 36.* Pacta quoq; tacita non extenduntur. Menoch. *de possess.* 52

VI. MEM-

VI. MEMBRUM.

Quo quæritur;

Adversus quem interpretatio facienda sit obscuri pacti?

† 1. Opinio Cujac. JAcob Cujacius *libr. 1. Obs. c. 10. & libr. 9. obs. c. 37. & in l. inter stipulantem. 83. de V. O.* existimat, obscuram pactionem semper adversus venditorem & locatorem esse faciendam *per l. Labeo scripsit. 21. l. cum in lege. 33. de contrah. emtion. l. veteribus. 39. de pact. l. 172. de* R. I. motus inter alia authoritate Harmenopuli *lib. 1. t. 6. in fin.* Atq; propterea *in l. 34. in pr. de contr. emt.*
52. † corrigit textum; & pro his verbis: quē venditor intellexerit, *legit* quem emtor. Quemadmodum omnes libenter concedunt legendum in *l. 41. de minor.* pro venditor, *emtor*; vel intelligendum sanè.

† Ref. Cæterum Charondas dicit, se in nullo libro legisse *quem emtor*: in MSto tamen quodam, pro *deberi*, legisse *non deberi*, addita negatione: sed alios libros cum Florent. consentire. Et certe MStus noster, & omnes editiones, cōstanter ita legunt: *Sed Labeo ait, eum Stichum deberi, quem venditor intellexerit.* Proinde recte reprehensus est Cujacius à Fornerio. *libr. 2. Select. c.*

18. ab

18. ab Hotom. *in d. disp. de pact. in fin. & l. 2. Amicab. Resp. c. 10.* & a Philippo Matthæo *in l. 96. de* R. I. *n. 21.* Pac. *cent. 2. quæst. 7.* Hi enim rectè docent, utriq; tam emtori † quàm venditori, obscuritatem pacti nocere, uter ex his ambigue locutus sit; adeoq; in contractibus semper ambiguæ locutionis autorem accusandum esse. Quæ interpretatio multum juvatur his verbis *in d. l. 21. de contr. emt.* positis: Venditori, qui id dixerit. Unde ex contrario argumentari licebit: Si non venditor dixerit pactum, sed emtor, contra emptorem interpretandum esse, ut generalis regula teneatur: ambiguum pactum adversus eum, qui ejus auctor fuit, interpretãdum, sive is venditor, sive emtor, sive locator, sive conductor fuerit. *l. insul. 13. Qui potior. in pign. l. 41. de V. O.* Adde Borch *c. 5. de pact. n. 55.* † Nec moveat autoritas Harmenopuli, reliq. Græc. † Nam non sunt nomothetæ; sed Interpp. Et sæpe labuntur, atq; magno † judicio adhibito sunt legendi. Donell. *de præscr. verb. c. 22. & ad rubric. de cond. trit. n. 8. l. 1. Com. c. 9. & 6. com. c. 5. & 12. c. 6. & in l. 1. de reb. cred. n. 6. & in §. æquè in fin. Inst. de act.* Cujac. *in l. 21. Qui test. fac. poss.* Hott. *in tr. de præsc. verb. p. 51.* Forner. *l. 2. select. 18.* Ræv. *ad l. 3. de* R. I. Petr. Pyth. *in not.*

53. (margin, beside "emtori †")
Objectio. (margin, beside "Harme- †")
Responsio. (margin, beside "no- †")
54 (margin, beside "magno † judicio")

c. 9. pag. 96. Usillus *in* §. *plus autem. in fin. Inst. de action.* Gœdd. *ad rubr. de V. S. n. 31. & de contr. stip. c. 5. n. 316.* Vultejus, *ad l. unic. C. ubi conven. qui cert. loc. n. 19.* Alberic. Gentil. *in lib. de condit. pag. 67.* & præsertim Antonius Muretus *in lib. sing. Obs. jur.*

† *Objectio.* *c. 2.* Qua de re diximus etiam alibi. † Dices; qui fit igitur, quod pleræq; ll. de venditore, locatore, stipulatore sunt cō-

† *Responsio.* ceptæ. † Resp. Quoniam hi plerumq; legem contractui solent dicere. Nonnunquam tamen, etiam emtor contractui pactum adijcit: & tum adversus emtorem interpretatio fiet. Et hoc mihi suadet naturalis ratio. Obstat tamen acriter l. si quis. *66. de judic. & l. 96. l. 168. §. 1. l. 172. de* R. I. Sed locum habent in judicijs, ut annotat *in d. l. 66. de judic.* Petr. Calæfat. Pac. *d. cent. 2. q. 7.* Philipp. Matth. *in d. l. 95. de* R. I. Et merito receptum est ali-

55. ud in judicijs; aliud in † contractibus. Quoniam contractus utriusq; consensu constant. At vero judicia etiam in invitos redduntur; & ideo judex non spectat, quid reus de actoris intentione senserit, sed potius, quid actor petere voluerit. Alioquin semper negabit reus, se consensisse; veluti, si in libello dixero, rem ad me pertinere. Penes me est, ut explicem,

plicem, an de jure possessionis hoc intellexerim. Adde omnino Petr. Calæfat. *ad h. l.* ubi disputat etiam eleganter, quatenus procurator ambiguam sui principalis intentionem in judicio declarare possit? Item, quatenus judex & arbiter sententiam suam possint declarare? Et an possint etiam testes suum testimonium? Et item, an aliquis sæpius mentem suam declarare possit quam semel. Vide omnino tractatum meum de Interpretatione juris.

VII. MEMBRUM.

Iterum alium effectum pactorum continens.

HIc etiam effectus pactorum est, & specialiter quidem pacti de non petendo, quod impediat illud pactum, quo minus mora committatur. *l. 14. h. t. l. lecta. 40. de reb. cred.*

VIII. MEMBRUM.

ADdi potest etiam his effectibus, ille

 juris

juris Canonici effectus, quod is, qui pa-
56. ctus est, disciplina ecclesiastica † compelli possit, ut fidem servet. *supr. alleg. c. 1. & c. 3. extr. de pact.* plures effectus extant apud Bartol. & alios Dd. communiter.

IX. MEMBRUM.

An pacto possit induci, ut sequestratio locum habeat?

HÆc quæstio magis pertinere videtur *ad c. 6.* Sed, quoniam ibi fuit omissa, non incommode fortassis etiam hic ponetur. Et facile côcesserint omnes de bonis & rebus debitoris. *Sed an ipse de-*
57. *bitor † hoc casu sequestrari possit*: adhuc sub judice lis est? † Affirmat post Ferrar. Cludius *in tr. de seq. c. 5. n. 105. & seq.* † Negat Gœddeus, secutus Curtium & Felinum: Et non video certè, quomodo fieri possit, ut liber homo sequestretur. Homo n. liber non est in commercio nostro; nec venit in contractum. §. *fin. Inst. de Emt. & vendit. l. liber homo. 103. de V. O. l. qui universas. §. 1. l. cum heredes. §. item quæro. de acquir. possess.* Et sequestratio est depositio rei litigiosæ. Homo vero liber nô est res, de qua litigatur; nec potest in obl. esse, nec in solutione.

† *1. Opin. Affirm.*
† *2. Opin. quam Author tenet.*

lutione. Policey ordnung zu Franckf. verbessert/t.17.§. Wiewol auch. † Et quod dicitur in l. 3. fin. *de lib. exhib.* prætextatum (sic recte legitur) deponi. † Dixerim, deponi, sumi improprie ad similitudinem Depositi. Quemadmodum & Pontifices vocabulo sequestrationis abutuntur. *in c. cum loc. extr. de spons. & matr. c. ex transmiss. extr. de rest. spol. c. tenor. de sent. & rejudic. c. hort. 3. q. 9. c. sive. 33. q. 2. c. pen. de prob.* Hinc etiam dicitur, quod nihil multum à specie servientium differant, quibus facultas non datur recedendi. *l. 2. de hom. lib. exhib.* Hinc etiam pacta libertatem onerantia non valent, *l. 1. §. 5. & 6. Quarum rer. actio non detur.* De reliquis vide Gœdd. *d. n. 114. per tot.*

† *Objectio.*

† *Responsio.*

ULTIMUM MEMBRUM.

Hoc ultimo membro videamus jam.

An ejus efficaciæ sint pacta, ut ijs tolli possit differentia inter actiones bonæ fidei, strictasq́ue.

NOlim asserere: quoniam actionum modus vel lege, vel per Prætorem introductus est. Pri-

Neg.
1. Ratio.

Privatorum igitur pactionibus non debet infirmari *l.7.§.16. l.27.§.pacta. l.jus publicum. ff. h.t. l. stipulatio ista. de V.O.l.pacta, quae contra. C.h.t.*

†2. *Ratio.* † Et substantia rei,
58 pactis non poterit destrui. † Et illa clausula, Alles trewlich vnd ohne † gefärde/saltem requirit, ut dolus malus absit; bonæ fidei verò contractum ex stricto non facit. Vide Gœddeum *de contrah. stip. c. 8. n. 25. & seqq. & in consil. Marp. tom. 1. cons. 14. n. 23.* Pactum autem natura † sua stri-
59 cti juris. *l. postquam liti. C. de pact. & ibid. Dec.* Menoch. *cons. 574. n. 4.* Et quod non dicit, nec nos dicere debemus. *arg. l. illam. C. de collat. Surdus, cons. 220. n. 12. & seqq.*

CAPUT ULTIMUM.

CONTINENS CONTRARIA PACTORUM.

Dicitur alibi, nihil esse tam naturale, quam unumquodq; eodem modo, quo colligatum est, dissolvi. *l. nihil. de* R.I. Cum igitur pacta nuda consensu constituantur, consensu quoq; poterunt dissolvi.

Cæterum nihil etiam consensui tàm contrarium est, quam dolus, error, metus & similia. Quis igitur mirabitur, quod his modis pacta dissolvantur; cum hæc etiam impedire possint, quo minus constituantur. Vide *l.7.§.7.& §.9.h.t. l.51. si eod.* Et est etiam istorum verissima sententia, qui docent: *si dolus bonæfidei contractui † caussam dederit; contractum ipso jure nullum esse.* Bartol. & Dd. *in l. transactione. C. de transact.* Padilla *in l. 2. C. de rescind. vendit. n. 3.* Zasius *in § actionum. n. 45. Inst. de act.* Gomez. *ibid. n. 21.* Donell. & Cujac. *ad l. 36. de V.O.* & adversus Robert. *lib. 3. c. 1.* Gœdd. *de contrah. stip. c. 3. â n. 114. usq; ad n. 146.* Bronchorst. *cent. 1. assert. 38.* Gentil. *de alim. c. 15.* Cludius *de seqq. c. 1. in fin.* licet cum Fabro dissentiat Coras. *l. 2. misc. c. 8.* & Robert. *libr. 3. anim. c. 1. 2. 3. 4. 5.* † Verissimam esse, probant textus juris, *l. & eleganter. 7. in pr. ibi, nullam esse venditionem. de dolo. l. 16. §. 1. De minorib. l. 3. fin. pro soc.* † Et est etiam elegans ratio; quoniam istorum contractuum fundamentum & basis est bona fides, exuberans magis, quam in strictis.

Q. · 60. · † 1. *Ratio.* · † 2. *Ratio.*

† Nec obstat l. si dolo. 5. *C. de rescind. vendit.* † Nam necdum probatum est, an dolus ibi caussam contractui dederit: & ibi

† *Objectio.* · † *Responsio*

& ibi rescinditur contractus non firmus, non verus, non justus, sed qui de facto intercessit. *arg. vers. quod si jure. ejusd. l.* Et loquitur etiam lex de restitutione minoris, quæ non fit actionis jure *l. 24. in fin. de minor. juncto d. vers. quod si jure. ibi: â majore 25. annis. l. 5. C. de restit. in integr. min. l. 3. l. 6. C. de reb. alien. non alien.* † Non obstat l. 11. §. 5. *de act. emti.* † Nam nec ibi dolus dedit caussam contractui, sed erravit emtor in qualitate, non in ipso corpore, neq; in materia. Gœdd. *de contr. stip. c. 3. n. 147.*

Objectio. *Responsio.*

Non obstat l. 13. §. *per contr. 5. de act. emt.* † Nam & ibi de dolo incidente agitur. Sic utiq; Ludovice Charonda. Sic recte, mi fautor optime Gœddæ. Sic utiq;. Quoniam & præcedens §. agebat de vẽditore, & de dolo incidente: & quoniã hic agitur de dolo qualitatis, & quantitatis, qui non dat caussam contractui, sed inter negociandũ incidit *arg. l. 42. mand. l. 22. de act. emt.* Et quoniam etiam §. sequens est de dolo incidente. Et recte Char. *qui hos* §. in unũ q. fasciculum congessit. † Non obst. ejusd. l. §. 27. † Nã ex mandato domini procurator venum exposuerat. Et agitur igitur de dolo incidẽte. Vide omnino Gœd. *de cõtr. stip. c. 3. n. 145.* ubi reperies eleg. rationem dubitãdi, decidendiq;. Non obstat. *l. 12. §. 1. de jur.*

† *Objectio.* † *Responsio.* † *Objectio.* † *Responsio.* † *Objectio.*

de jur. dot. † Nã ibi mulier non in dote constituenda decepta fuit: sed in traditione causâ dotis interposita. Bronch. *cent. 1. ass.* 38. Et ne quidem dolo circumventa fuit; sicut docet *ejusd.* §. vers. Scævola. *ibi: si dolus ejus adfuit.* † Non obstat l. 10. C. *de resc. vend.* † Nã nec ille textus loquitur de dolo, quo quis ad emendum inducitur; sed forsan de dolo quo quis circumscribitur in precio, Gentil. *de alim. c. 15.* Nam alias possunt se naturaliter † contrah. in pretio emtionis & locationis circumvenire. *l. 16 §. 4. de minor. l.* 22. *locat. l.* 14. C. *de usur. & ibi Pac. n. 7.* Oldend. *in §. fin.* Naturaliter *i. e.* jure gentium, ut interpretantur Galli; sed malè. Aut naturaliter *i. e.* ex natura; & secundum substantiã contractus, ut rectius Hispani; *arg. l. omne v. C. com. de leg. §. adeò. Inst. de loc. & ibi, Theoph. c. tua. de Cler. ægrot. 6. si cujus. 34 distinct.* quorum interp. juvatur per l. 8. C. *de resc. vend. ibi: si contractus emtionis ac venditionis cogitasset substantiã, & quod emtor viliore comparandi, venditor cariore distrahendi votum gerentes, ad hunc contractum accedant: vixq; post multas contentiones paulatim venditore de eo quod petierat, detrahẽte; emtore autem huic, quod obtulerat, addonte, ad certũ consentiant pretiũ: profecto perspiceres, neq; bonam fidem, neq; ullã rationem concedere rescindi &c.* Hinc etiam ait Seneca: *sublatâ spe quæstus, luget mercatura.* Cæ-

† *Objectio.*
† *Responsio.*
61.

62 Cæterum hæc circumſpriptio † toleratur, ſi facto contingat; & reipſa, *id eſt*, injuria contrahentium. *l.36. de Verb. oblig. l. 1. de dolo l.6. §. fin. de act. emti l. 3. §. fin. D. pro ſoc.* Sin interveniat fraus & dolus contrahentium, contractus redditur ipſo jure nullus, quemadmodum docuerunt Fortunius & Decius, quorum tradita contra Padillam retinere, & roborare ſoleo, *per d. l. ſi dolo. 5. C. de reſcind. vend. l. in fraudem. D. Qui & à quib. manum. lib. non fiunt.* Oldendorp. Claſs. *4. act. 1. n. 7. p. 464.* Vide A. Matth. & Interpp. comm. *ad §. juris præcepta. Inſt. de I. N. G. & Civ.* Tandem etiam meta præſcripta eſt læſioni, de qua in l. 2. *C. de reſcind. vendit.* Nam ſi major circumventus fuerit ultra dimidiam partem, ei ſuccurritur: minori etſi infrà (dimidiam ſc. partem) ſi modo graviter, quemadmodum hic Cujacius.

Ne dicamus igitur cum Alfonſo, has ll. ſublatas eſſe tanquam impias, iniquas &c. Ne diſtinguamus cum Dominico de Scoto & alijs inter forum fori, forumq; poli.

Quòd autem Teſſal. 4. dicitur, Ne quis in negotio circumveniat fratrem ſuum: Id de doloſâ & fraudulenta circumventione intelligendum eſt. Me-

noch. *lib.5. præf.3. n. 72.* Padill. *in l.2. C. de rescind. vendit. n.8.* ubi disputat, an jure naturali sustineatur contractus dolo initus. Alberic. Gentil. *l.1. de Nupt. c.2.* Quid enim hi Pontificij ad hoc? Quod deceptio etiam locum habeat de jure Canonico *c. pen. de emtion.* Videatis Anton. Padill. *in l. 2. C. de resc. vend. & in eadem* Arium Pinell. *p.1. c.1. n.39.* Fortun. Garziam *de ultimo fine utriusq; juris, n.176. & seq.* Covarr. *l.2. var. Resol. c.* 3. Dominic. de Soto. *l. 6. de just. & jur. q. 2. act.3.* Tyraq. *de ll. con. l. 9. n.9.* Robert. *3. sent. 12. in fin.* Cujac. *ad l. 16.* §.4. & Gothofred. *ad l. 22. loc.*

† Obijciunt etiam locum quendam è Ciceronis *lib.3. de Offic.* † Sed ille ni fallor, loquitur de nominum obligatione, quæ est stricti juris. Gœdd. *p. 169. n. 125.* Successit enim in ejus locum literarum obligatio. *t.t. Inst. de lit. Oblig.* † *Objectio.* † *Responsio.*

† Obstat etiam, Metus est atrocior atq; dolus: sed metus tamen non facit, ut contractus annulletur. † Resp. Minorem negant Cujac. & alij pleriq; negant. Ergo tanquam axioma disputabile pro certo non potest assumi. Deinde minor est metus atq; dolus. Nam vis est † Leo- 63. † *Objectio.* † *Responsio.*

INDEX RERUM, VERBORUM ET SENTENTIARUM,

Quæ in hoc tractatu continentur, locuples.

Prior numerus caput, posterior numerum marginalem denotat.

A.

Cl.

Dolus

de

I.

16. §.

Legis

de

justum

Permissa

quoad

Q.

R.

Z *genera-*

S.

Sed

D.

Dolus

de

I.

Legis

de

justum

Permissa

quoad

S.

Sed

Tutoris

Voluntas

F I N I S.